M
2
V. E.

Digitized by Google

COLLEZ. ROM.
18 . 2
A
16
BIBL. V.E.

M

Indulgentie Ecclesiaꝝ vrbis Rome.



BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

18-2-A-16

IN iſto opuſculo dicit̃ quomodo Romulus ⁊ Remus nati ſunt ⁊ educati. Et poſtea quomodo Romulus factus eſt pꝛimus Rex Romanoꝝ ⁊ conditoꝛ vꝛbis Romane. Quomodo ⁊ quamdiu ipſe ⁊ ſucceſſoꝛes ſui rexerunt. Et etiaꝫ de imperatoꝛibus Romani imperij: qualiter imperauerunt: a Pꝛimo Julio Ceſare vſqꝫ ad tempus Cōſtantini magni imperatoꝛis. Et quomodo Conſtantinus a lepꝛa eſt curatus: ⁊ a beato Silueſtro baptizatus. Quomodo ſanctus Conſtantinus eccleſiam Romanam dotauit: ac beato Silueſtro/omnibuſqꝫ ſuis ſucceſſoꝛibus Romanī Pontificibus / totam Italiam / omnes pꝛouincias occidentales/regiones/ loca/ ciuitates ⁊ inſulas: que circa Italiam ſunt pio affectu dedit.

¶ De indulgentijs omnium eccleſiaꝝ ⁊ reliquijs que Rome exiſtunt.

¶ Item de ſtationibus in eiſdem eccleſiis per circulum anni ⁊c.



ROma Ciuitas ſancta/ Caput mūdi. Anno poſt euerſionem Troie. CCC.v. Mūdi vero. M.cccc.⁊.l. Romulus ⁊ Remus nati ſunt ex Ilia Rhea Siluia matre. Romulus eſto dicat Seruius/ Romum appellatū fuiſſe: ⁊ pro Romo Romolū blandimenti cauſa/ deinde enim gaudēt diminutiuo blanditie. Sed quia Liuius Florus / ⁊ oēs hiſtorici ipſum

ſcribunt Romulũ ideo omnes ſequuntur. Et Romulus inq̄ʒ Ilia rhea Siluia matre genitus: ex patre ſeu credito/ ſeu ficto/ cũ verius credatur Sacerdos Martis. Sed vt honeſtior eſſet culpa dixerunt Romani Principem ſuũ ex deo Marte genitum: quod tam patienti animo tulere gentes q̄ʒ equo animo Romanoꝝ Imperium paſſe ſunt. Fuit primus Rex ꝛ conditor vrbis Romanẽ. Hic primũ cũ lucem attingeret/ teſte Liuio primo ab vrbe: cum quo cõueniunt omnes hiſtorici / ſeuitiam Amulij patris / atqʒ Albanoꝝ regis expertus eſt: a quo vna cum fratre Remo iuſſus eſt in Tyberim mergi. Sed ſtagnantibus ſecus ripam vadis/abiectos infantes decreſcens aqua velut ſcelus refugeret/ riliquit in ſicco. De quo dixit Ouidius in .ij. Faſtoꝝ: Hec vbi cognouit contemptor Amulius equi: Amne iubet mergi geminos / ſcelus vnda refugit: In ſicco pueri deſtituũt̄ humo. Tunc Picus auis martia primũ tantiſpar infantes aluit. Deinde Lupa ſitiens ad hoꝝ vagitum tracta/mutato curſu/ vberibus ſuis aluit. Dicẽte Ouidio p̄allegato .ij. libro: Lacte quiuis infantes neſcit creuiſſe ſermo: Et Picũ expoſitis ſepe tuliſſe cibos. Hanc lupam volũt aliqui veram/ali

qui fictã· Utraqꝫ eniꝫ fama eſt/ ꝙ fuerit ficta/ mõ
ſtrat Eutropius dicens in libro primo· Verũ par
uulos prope ripã Tyberis expoſitos Fauſtulus
regij armenti paſtor ad Acbam Laurentiam vxo
rem ſuaꝫ detulit: que ob rapacitatẽ corporis que
ſtuoſi/ Lupa a vicinis appellabatur· Unde vſqꝫ
ad noſtra tempora Meretricũ cellule Lupana
ria nuncupantur· Ad huius verificationẽ Lactã
tius in·i·diui·iuſti·adducit exemplũ dicens/ Ro/
mani ab Atbenienſibus mutuati ſunt exemplum:
apud quos cum Meretrix Tyrannum occidiſſet
Lena nomine: quia nefas erat ſimulachrũ Me/
retricis in templo poni: Animalis effigiem poſue
runt: cuius nomine ipa gerebatur· Itaqꝫ vt illi ex
profeſſione monimenta fecerũt· Qd fuerit iſta lu
pa clare ponit Lucius florus in li·primo ⁊ Pli/
nius de viris illuſtri· Sed clarius ponit Lucius
florus in libro primo ſui epi· Et Liuius dicẽs in
primo ab vrbe· Tenet fama cum fluitantem alueũ
quo expoſiti erant pueri in ſicco aqua deſtituiſſet
Lupã ſitienteꝫ ex montibus qui circa ſunt ad va
gitũ puerilem curſum flexiſſe· Eamqꝫ infantibus
adeo mite prebuiſſe mãmas: vt etiam ipos lingua
lamberet· Hos reperiens Fauſtulus magiſter re/

grũ pecoris Acche Laurentie vxori ſue educãdos
dedit·Sunt ꝛ qui eam vulgato corpore inter pa
ſtores Lupam agnominatam credant· Hec con
firmat Liuius:hoc habitus ipſius : que fuit lupe
orniza Joue mutuatus exemplũ· Qui vos eſt al
manther Capre nutricis ſue pelle· De quo dixit
Virg·in·i·Enei· Donec regina ſacerdos marte
grauis geminã partu dabit Jlia prolem· Jnde lu
pus inde lupe fuluo nutricis tegmine letus Ro
mulus excipiat gentem ꝛ mauortia condet : Me
nia/Romanoſq; ſuo de nomine dicet· Auguſtinꝰ
autem in·xviij·de ciuitate dei:ꝛ Plinius in· viij·
hiſtorie naturalis mõſtrauit vtrũq; fuiſſe poſſibi
le·Et cõcludit vterq; poſtq̃ ſingulus hiſtoricus
cõuenit cum Liuio:quãq̃ ſi eis infantibus / per
quos tanta ciuitas condenda fuerat de aqua di
uinitus liberatis:per lactantem feram Deus vo
luit ſubuenire:quid mirũ eſt· Jtẽ Romulus Cen
tũ ex Senatoribus delegit: quoꝝ conſilio omnia
agerentur:vt habetur in Cronica Jmperatorũ
Leonardi Aretini libro primo Romane hiſtorie
Quos Senatores propter ſenectutem Patres
ad ſimilitudinem Curie nominauit· Mille etiam
Pugnatores delegit : quos a numero Milites

appellauit. Rexit annis .xxxviij. postea fulmina pe
rijt. Habetur etiam in Cronica Romanorum Impe
ratorum q mater iſtorum geminorum videlicet Romu
li et Remi viua ſm legē defoſſa eſt: et pueri i Ty
berim demergi iuſſit etc.

PRimus ſucceſſor Romuli / Pōpilius pater
Nume ſecūdi Ro. regis: ponit eodē li. Vir.
cap. Numa Pōpilius Rome Tribunus plebis.
SVcceſſor Pompilij / Tullius hoſtilius: qui
rexit annis. xxij. Qui nepos iſtius Hoſtilij:
qui ſub Romulo bello cecidit: ſtrennue aduerſus
Sabinos pugnans: prout ſcripſit eodē li. Vir. c.
Romulus. Qui memoria / et ſue virtutis titulis / fuit
Rome tertius rex creatus. Illo quidem tēpore
quo Manaſſes regnabat in Hieruſalem. Hic fuit
primus qui purpura et faſcibus vſus eſt.
SVcceſſor Tullij hoſtilij / Ancus rexit annis
xliiij. potenter: quia ius feriale cōdidit primo
morē inducēdi bella. Re. eo. li. c. Ancus martius.
SVcceſſor Anci / Priſcus Tarquinus: q rexit
annis. xxxviij. qui a Plinio in lib. de viris ill.
cōnotat Tarquinus priſcus / a Romulo rex Ro.
v. demorati exulis Corinti filius: quē regem fre
quēter hiſtorici Lucbumonē dicūt: multa opera

tus eſt: inchoauit edificare Capitolium: vt habet in Cronica Romanoꝝ Imperatoꝝ lib. primo.

Succeſſor Priſci Tarquini/ Seruius Tullius: qui rexit annis. xliiij. Et inter omnes primus: qui cenſus excogitauit.

Succeſſor Seruij tullij/ Tarquinus ſuperbus: qui rexit annis. xxx. qui ab hiſtoricis cōnotatur Lucius Tarquinus/ob mores cognomento ſuperbus: fuit p̄notati Tarquini filius: ex vxore Canoquile: prout ſcripſit eodē libro Virgilius. c. Seruius tullius. Hic teſte Eutropio lib. primo: primus excogitauit vincula/fuſtes/ carceres/cōpedes/cathenas ⁊ exilia: prout dicit eodē libro Virg. cap. Seruius tullius: vbi de ipſius principio cum fuit Rex. vij. Romanoꝝ. Hinc Cōſules cepere / pro vno rege duo creati ſunt hac cauſa: vt ſi vnus malus eſſet/alter eaꝫ habens poteſtatem ſimilem cohercere. Et placuit ne Imperium longius haberent: ne propter diuturnitatē poteſtatis inſolentiores redderentur: Sed ciuiles ſemper eſſent: qui poſt annum ſcirent ſe eſſe priuaturos. De quoꝝ claritate habetur plene in cronica Romanoꝝ imperatoꝝ Aretini: ⁊ in lib. ſeptimo Romane hiſtorie.

IUlius Ceſar primus Imperator/ Alexandriam venit:cui Pileus rex inſidias parabat:quare a Ceſare bello victus a Nilo perijt:vt patet vbi agitur de Ceſare primo. Ceſar ergo potitus egypto/ Cleopatre regnum dedit. Et ipſe primus accepit ſingulare imperiũ Romanoꝝ: A quo omnes Romani principes/ Romanoꝝ Ceſares appellati ſunt. Sed cõiurantibus in eum .lx. vel amplius Senatoribus/in curia.xxiij.vulneribus percuſſus occubuit. Require vbi agit̃ de Ceſare primo Imperatore.

OCtauianus Auguſtus Imperator.ij. a quo omnes Romanoꝝ reges dicuntur Auguſti regnauit annis.lvi.ꝛ menſes.vi. Deficiente autẽ principatu pontificum in Judea/ Herodes antipatris Aſcolanice/ ꝛ matris Arabice filius/ iudeoꝝ principatum a Romanis accepit: quem tenuit annis.xxxvi. Et ne ignobilis/ ꝛ ſanguini iudeoꝝ argueretur extraneus/ combuſſit omnes libros:quibus cõtinebatur nobilitas Judeoꝝ/ Inſuper ꝛ ſuam ſobolem vt regio ſanguini cõmiſceretur: abdicata de fide femina hieroſolimitana: qua priuatus/ vxorem acceperat. Nã ex eo filio antipatre ſibi Maximiano ſociauit filiã Alexãdri

Ariſtoboli: Nepotemq; fratris Hircan:qui ante
fuit Rex Iudeoꝝ. Hec Herodi genuit . v . filios
quoꝝ duos/Alexandrum ꝛ Ariſtobolum occidit
ipſe in Samaria. Nec fecit diuturnā morā : quin
matrem illoꝝ:qua nil carius habuerat/ occiderit.
Hoc tempore/quia Marcus Antonius:qui tene
bat Aſiam ꝛ orientem repudiauerat ſororem Au
guſti/Cleopatrāq; duxerat in vxorem: Inter An
toniū/Cleopatram/ꝛ Auguſtum ortū eſt bellum.
Sed fugati apud Leuchas/Antonius/ ꝛ Cleo-
patra ſeipſos occiderunt . Et ſic terminatū eſt re-
gnum Egyptioꝝ: quod a primo Ptolomeo La
gi filio/vſq; ad Cleopatram ſtetit. ccxcv . annis:
Anno Ceſaris auguſti. xl . A morte vero Cleo-
patre ꝛ Antonij quando Egyptus in prouinciam
verſa eſt anno. xxxvij . Et ab vrbe condita anno
ccclij.quo per vniuerſu; orbem pax firmiſſima or
dinatione dei ab Auguſto firmata fuerat: dñs no
ſter Jeſus xp̄s filius dei/Etatem mundi Sextam
ſuo conſecrauit aduentu . Itē diebus Octauiani
Auguſti/ tranſtyberim de taberna meritoria fons
olei de terra exundauit: ac per totū diem largiſſi-
mo riuo fluxit:ſignificans ex gentibus xp̄i gratiā.
Tunc etiā circulus ad celeſtis arcus ſpeciē/ circa

Solem apparuit: vt habetur in Cronica Roma-
noꝝ Imperatoꝝ Leonardi Aretini / libro · vij ·
Anno imperij Auguſti · xliiij · Herodes morbo in
audito: ⁊ ſcatentibus toto corpore vermibus / di-
gne moritur · Sed Archelaus eius filius ab Au-
guſto ſubſtitutus regnauit annis nouem / vſq; ad
Auguſti finem ·

Tiberius pinguis preuignus Auguſti filius
Imꝑator · iij · qui imꝑauit annis · xxiii · Regre
li · Virg · c · Tiberius · Anno vero · xii · Imperij ſui
Pilatus Iudex / procurator ab eodē dirigitur ·
Anno · xviii · imperij Tyberij / dñs nr̄ Jeſus xp̄s
ſua paſſione redemit mundū / anno etat̄ ſue · xxxiii ·
⁊ eo magis ꝙ ei vita propagata eſt ab · viii · kal' ·
Aprilis / quo die ꝯceptus eſt in virginis vtero de
ſpiritu ſancto: vt narrat Platina in vita pontificū
vbi ſcribit ad Sixtū · iiij · Cuius etiā temporibus
facies ⁊ vultus ſanctus noſtri redemptoris a ſan
cta Veronica per mare de Hieruſalem Romam
portata ⁊ adducta fuit · Qua viſa / Tyberius mox
a morbo liberatus eſt ·

Gaius cognomēto Callicula Imꝑator · iiij ·
Ro · imꝑauit annis · iiij · menſibus · x · diebus
viij · Anno dñi · xxxviij · Hic Herodes Agrippa

amicum ſuum liberauit a vinculis:⁊ fecit eum Iudee regem:vbi regnauit annis·vij· vſq₃ ad·iiij·annum Claudij· Quo quidem percuſſo ab Angelo ſucceſſit in regnum eius Agrippa: vbi manſit annis·xxvij·vſq₃ ad exterminiū Judeoꝝ· Herodes autem Tetracha petens amicitiam Gaij: cogēte Herodiade Romā venit·Sed accuſat⁹ ab Agrippa/Tetrarchiam perdidit· Fugiens ergo cum Herodiade/Hiſpaniam petijt· Pilatus qui ſententiam dānationis dixerat: tantis anguſtijs a Gaio percuſſus/ꝙ carceratus ſe ſua manu peremerit·Gaius autē ſeuiens in Judeos/ſancta eoꝝ loca idoloꝝ/ſordibus prophanauit· His temporibus Matheus in Judea predicans Euangeliū ſcripſit·

Claudius Imperator·v·cepit impare anno dñi·xx·⁊ imperauit annis xiij·mēſibus·vij·⁊ diebus·xxviij· His tēporibus Petrus cū primo fundaſſet Eccleſiā Antiochenā/Romā venit/ tenuit cathedram epiſcopalem annis· xxv· vſq₃ ad vltimū Neronis annū· Marcus euangeliū Ro· ſcripſerat/Petro eum mittēte·iiij· anno Claudij predicabat i Egypto·Eodē anno fames grauiſſima facta eſt·

NEro imperator · vi · imperare cepit anno dñi
lviii · ꝛ imperauit annis · xiii · menſibus · vii ·
diebus · xxviii · Huius · ij · anno Feſtus Judee pro
curator ſucceſſit Felici : A quo Paulus apoſto
lus Rome vinctus/per bienniũ ſtedit in cuſtodia
libera · Poſt hoc nondum rabido ſeuiente Nero
ne dimittitur ad predicandũ · Jacobus frater dñi
cũ · xxx · annis rexiſſet eccleſiam · vij · anno Neronis
circa annos dñi · lxv · a iudeis lapidatus ꝛc · ; Albi
nus ſucceſſit in magiſtratu Judee; · Albinus autẽ
florus; : cuius luxuriã ꝛ auaritiã ceteraq; flagitia
nõ ferentes Judei/contra Romanos rebellarũt ·
Aduerſum quos Veſpaſianus · M · militie pluri
mas vrbes Judee cepit · Interim Nero primus
Chriſtianos proſequitur : inter quos Petrũ apo
ſtolum ꝛ Paulum gladio occidit ·
GAlba imperator · vij · ꝑut ſcribitur in Cro ·
mar · Anno dñi · lxxi · ꝛ impauit menſ · vii ·
VEſpaſianus Jmperator · viii · imperauit an
nis · ix · menſibus · ij · diebus · xii · ; cum cepiſſet
imperare prout ſcribitur in Cronica Mar · Anno
dñi · lxxvii · Hic apud Judeam Jmperator Exerci
tus nominatus/bellum filio ſuo Tito cõmendãs
Romã venit : qui Anno ſecũdo Judeoꝝ Regnũ ·

ſubuertit: Templumq; ſtrauit/poſt annos prime ſue conſtructionis·cclxxxix· Conſumatum eſt bellum anno·iiij·

TItus Veſpaſiani filius Imperator·ix·cepit imperare Anno dñi·lxxxij· ⁊ imperauit annis duobus/menſibus tribus·Vir quidem mirabilis/omniũ virtutum genere habundans : ita vt amor ⁊ delitie humani generis diceretur·

DOmitianus frater Titi iunior / Imperator·x· cepit imperare prout ſcribitur in Cro·mar· Anno domini·lxxxv·⁊ imperauit annis·xv· menſibus·v·Hic ſecũdus poſt Neronem/chriſtianos proſequitur:ſub quo Joannes euangeliſta ⁊ apoſtolus in Pathmos inſulam relegatus cum eum miſiſſet in dolium feruentiſſimi olei/ſine vllo cruciatu vel pena·

NErua Imperator· xi· imperauit anno vno: menſibus quattuor : ⁊ diebus octo· Hic ſuo edicto cunctos:qui a Domitiano exulauerãt reuocauit·Quare ſanctus Joannes apoſtolus ⁊ euangeliſta ab exilio liberatus / redijt epheſum· Et per eius abſentiam vidit ab hereticis concuſſam fuiſſe fidem/hãc deſcriptam in euangelio ſtabiliuit·

Traianus Imperator·xij·cepit imperare an
no domini·c·⁊ imperauit annis·ix·mēſibus
vi·⁊ diebus·xv·Huius tempore Joannes apoſto
lus ⁊ euangeliſta·lxvi·anno poſt paſſionem dñi:
etatis autē ſue·xciiij·Epheſi placida morte quie
uit·Plinius facundus orator/ ⁊ hiſtoricus imen
ſus habetur·

Adrianus Traiani filius Imperator·xiij·im
perauit annis·xxi·cum imperare cepiſſet cir
ca annū dñi·cxxix·Hic Judeos rebelles domauit
⁊ introeundo Hieroſolimā licentia ablata: quā ip
ſum in optimū ſtatum muroꝝ extructione repara
re/Heliam de ſuo nomine reparare precepit·

Antonius cognomento pius/ Impator·xiiij·
cum filio ſuo Aurelio ⁊ Lucio imperauit an
nis·xxij·⁊·iij·menſibus·Hoc tempore Policar
pus veniens Romā/multos ab heretica labe cō
peſcuit·

Marcus Antonius verus Impator·xv·cū
Lucio aurelio Cōmodo cepit impare an
no dñi·clxij·⁊ imperauit annis·xix·⁊ menſibus·ij·
Hoc tpe Policarpus in Aſia martorizatus eſt·

Commodus Antonij veri filius/Imperator
xvi·poſt patrem imperare cepit circa annos

dñi·clxxxiiij·⁊ imperauit annis·xiij·Et hic dictus Cõmodus/ob ſua facinora in domo veſtali ſtran gulatus interijt / cũ tanta execratione omniũ: vt hoſtis humani generis diceretur·

Helius pertinax Imperator·xvij· cepit imperare circa annos dñi·cxciiij·⁊ impauit menſibus·vi·Hic ſcelere Juliani iuriſperiti occidit in palatio/orta ſeditione inter pretorianos milites·

Seuerus pertinax Imperator·xviij· imperauit annis·xvij· cum imperare cepiſſet Anno dñi·cxcxv· Hoc tẽpore Leonides pater Origenis martyrio coronatur·

Antonius Caracalla Seueri filius Imperator·xix·imperauit annis·vij·

Martinus Impator·xx·imperauit anno vno cum imperare cepiſſet anno dñi·ccxix·Tumultu militari cum filio ſuo occiſus eſt·

Marcus aureolus Antonius Impator·xxi· imperauit annis·iiij·cum cepiſſet imperare Anno dñi·ccxx·Huius tẽpore in Paleſtina vrbs Nicopolis:que prius Emaus dicebatur condita eſt·Hec eſt illa Emaus: quam Chriſtus poſt reſurrectionem ingreſſu ſuo (ſicut narrat Lucas) ſanctificare dignatus eſt·

Aurelius Alexander Imperator ·xxij· imperauit annis ·xiij· cum imperare cepiſſet anno dñi ·ccxxxij· Hoc tempore Origenes per totū orbem glorioſus habetur. Nec mirū/ſcribit Beda de ipſo/Origenes tantum ſedulus fuit: vt Hieronymus in quodam loco ·v· Millia libroꝝ eius ſe legiſſe meminerit·

Maximinus Imperator ·xxiij· imperauit annis ·iij· cum cepiſſet imperare Anno dñi ·ccxxxix· Hic fuit genitus patre ꝛ matre barbaris·

Gordianus Imperator ·xxiiij· imperauit annis ·vi· cum cepiſſet imperare Anno dñi ·ccxxxix· prout ſcribit Ruffinus in annalibus Romanoꝝ· Iſte adhuc adoleſcens ex Senatus ſententia cum leticia populi factus eſt Senator·

Philippus cū Philippo Impator ·xxv· imperauit annis ·xv· prout ſcribit Ruffinus in annalibus Romanoꝝ: cum cepiſſet imperare Anno domini · cclv · Hic primus omnium Imperatoꝝ Chriſtianus fuit: ꝛ vna cum ſuo filio baptizatus eſt vt dicit Ruffinus·

Decius Imperator ·xxvi· imperauit annis ·ij· menſibus ·iij· cū imperare cepiſſet Anno dñi cclij· Hic Decius patrem ꝛ filium interfecit· Hic

bello a Gothis occiditur: Sed fracto fundo plau
ſtri nunq̄ poterat reperiri. Jdeo alibi ꝙ a diabo
lo ⁊ alibi dicitur a Gothis raptus.

Gallus cū Uuluſiano filio Jmpator. xxvij.
impauit annis. ij. ⁊ mēſibus. iiij. Cuius tpe
Origenes anno. lxx. etatis ſue non tñ integre im
pleto moritur: ⁊ in Tyro vrbe ſepelit. Et Corne
lius Eps Rome rogatus a quadā matrona Lu
cina corpora aplo᷑ nocte de cathecūbis leuauit:
⁊ poſuit corpus Pauli in via Oſtieñ. vbi fuerat
decollatus. Petrum autem circa locū vbi fuerat
crucifixus in tēplo Appollinis in monte aureo in
Uaticano palatij Neroniani. iiij. kal. Julij. Re
quire notāter in libro Uirgilij vbi agitur de Pe
tro apoſtolo.

Ualerianus cū filio ſuo Galieno Jmperator
xxviij. imperauit annis. xv. cū imperare ce
piſſet Anno dñi. cclvi. Jſte militans a Perſis de
ballatus eſt ⁊ captus. Et q̄diu vixit ſtetit ſub hac
ſeruitute: vt pedem ſuper ceruicem eius ponerēt
ſemper cum equos aſcenderent.

CLaudius Jmperator. xxix. cepit impare an
no domini. cclxxi. ⁊ imperauit anno vno ⁊
ix. menſibus. Hic Gothos iam per annos. xv. va

ſtantes Macedoniā ⁊ Illiricū ſuperauit. Ob qđ in Curia ei clypeus aureus ⁊ i Capitolio ſtatua aurea collocata eſt.

AUrelianus Impator.xxx. imperauit annis .v. menſibus.vi. cuꝫ cepiſſet imperare Anno dñi.cclxxiij. ⁊ tandem edificaſſet Rome templum Solis: in quo poſuit auri ⁊ gemmaꝝ quantitateꝫ maximā: Hic in Gallia crudeli edicto pſequit̄ xpianos: ⁊ ciuitatem Gallie/que Genubū dicitur a ſuo nomine dixit Arelianū. Tandē fraude ſerui ſui a Militibus occiditur.

TAcitus Impator.xxxi. imperauit menſibus vi. cum cepiſſet imperare anno dñi.cclxxvij. Iſte fuit prudens/ curialis/ ⁊ largus. Quo apud Pontū occiſo: Florianus tenuit Imperiū uſqꝫ ad.iij.menſes/ ⁊ ſimiliter apud Tarſum occiditur. His tēporibus orit̄ inſana Manicheoꝝ hereſis.

PRobus Impator.xxxij.imperauit annis ſex: ⁊ menſibus quattuor: cū imperare cepiſſet Anno dñi.cclxxix. Et tandem fuit militari pugna apud Smirnam ceſus.

FLorianus nil memoria dignum fecit: q̄uis duobus annis imperauerat. Erat Imperator in ordine.xxxiij.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

CArus Imperator·xxxiiij·cũ ſuis filijs Cario ꝛ Numeriano imperauit annis duobus: cũ cepiſſet imperare Anno domini·cclxxxviij·Hic in paruo flumine perijt·

DIocletianus cum Maximiano cognomẽto Aurum caleio imperauit annis·xx·cũ imperare cepiſſet ſm Oroſium lib·vi·cclxxxviij·al's·cclxxxix·Et anno ab vrbe condita· M·xli· Re· lib·virg·c·Conſenſu omnium factus eſt Impator·

COnſtantius magni Conſtantini pater Imperator·xxxv· militauit ita laudabiliter ſub Diocletiano Imperatore Romanoꝝ quarto anno ſui imperij dictum Conſtantiũ fecit Ceſarem: cui ſm Oroſium in li·vij·ꝛ Ruffinũ in annalibus Romanoꝝ: ꝛ Eutropium in lib·x· Maximiani/ ꝛ Herculei dilecte ſumme/ Diocletianus Theodoram preuignam in coniugem dedit· Ex qua tres filios/ ꝛ totidem genuit filias/ Cõſtantini magni fratres: quẽ ex prima vxore Helena Britanie regina ipẽ ſuſceperat· Tractu demũ temporis cum Diocletianus etate confectus ſe inabilem noſceret ad imperium gubernandũ: ꝛ ad priuatam rediſſet vitam: ipſe Cõſtantius factus eſt Imperator/ vna cũ Maximino Galero· Qui poſtq̃ facti

ſunt auguſti/ſic imperiū diuiſerunt: vt Conſtantius Italiam/Galliam Hiſpaniā/ et Aphricā poſſideret: Galerus vero Illiricum Anacretam et totum Orientem haberet. Sed Conſtātius vir ſumme manſuetudinis/ſolum adminiſtratione Gallie et Hiſpanie cōtentus fuit. Quapropter Galerius fecit duos Ceſares: Maximinū / quē prepoſuit Orienti/ et Seuerum prefecit Italie: Ipſe vero in Illirico et Grecia iura Imperij gubernabat. Ceperunt imperare Anno dn̄i.ccc. et imperauerunt Galerus.ij.annis: Conſtantius vero.xiij.computato tempore quo fuerat Ceſar. Hic Cōſtantius prout ſcribit Ruffinus in annalibus Romanoꝝ fuit Eutropio nobili Romano genitus / et matre Claudia filia Criſpi fratris Claudij Imperatoris. Curauitq; ſemper fiſci cōmoda non priuata: quapropter a ſubditis ſemper amatus eſt. Et tandem moriens.xiij.anno ſui imperij / Conſtantinū magnum primogenitum eius imperij ſui reliquit heredem. Reliquit etiā duos alios filios ex alia vxore: quoꝝ vnus Conſtantinus alius Dalmatius nominabatur.

Maxentius non Imperator ſed Tyrannus Romanus.ponitur co.lib.Virg.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

C Onſtantinus Conſtantij filius/ ex Concu-
bina Helena Imꝑator creatus in Britania
regnauit annis.xxx.menſibus.x.diebus.xi. Cum
cepiſſet regnare Anno dñi.cccxi. Hic Rome vbi
baptizatus eſt/fecit conſtrui Baſilicam beati Jo-
annis baptiſte:que vocatur Conſtantiana. Item
Baſilicam Petro ⁊ Paulo in templo Appolli-
nis/circundans corpus vtriuſqȝ ereo cypro groſ-
ſo quinqȝ pedũ. Item Baſilicam Beato Lau-
rentio martyri in via Tyburtina/in agro Veiano
Et alias Baſilicas multas. Item in Grecia con
ſtituit vrbem ſui nominis: quam voluit eſſe Se-
dem Romani imperij / ⁊ caput totius Orientis.
Scribit Jacobus de Voragine in legendis ſan-
ctorum/ ꝙ Chriſtianos hoſtiliter perſequebatur.
Quapropter papa Silueſter cum ſuis Clericis
ab vrbe fugiens/latuit in monte Soracto. Inte-
rim deus percuſſit Cõſtantinũ incurabili morbo
lepre. Et cum nulla ei prodeſſent ſuffragia Medi
coꝝ:conſuluerunt vt ablueretur recenti ſanguine
lactentium pueroꝝ. Et cũ Imperator veniſſet ad
locũ cedis:vidiſſetqȝ.xxx.milia vagientiũ puero-
rũ/⁊ matres ſolutis crinibus miſerabiliter vlulã-
tes/genitricibus ait. Nolite timere:volo enim po

tius mori q̄ cum tot milium innocentū cede viue
re. Juſſitqʒ cū donis matribus natos reddi. Se-
quenti nocte Petrus ⁊ Paulus apoſtoli appa-
ruerunt ſibi dicētes: Quoniā abhorruiſti effuſio
nem ſanguinis innocentū/ nos ad te miſit dn̄s no
ſter Jeſus Xp̄s: vt pro ſalute tua habeas Silue-
ſtrum latentem in monte Soracto. Tandem per-
ſuaſione Silueſtri pape baptizatus Cōſtantinus:
qui repente candidis in veſtibus per ſepteʒ dies
continuos Leges in honorem Chriſti/ ⁊ omniū
chriſtianor̄ condidit. Octauo die veniens ad cō-
feſſionem: abiectis cunctis imperialibus ſignis:
expanſis manibus ſe proiecit in terram: cum flu
uio lachrymarum. Hic baptiſmus ponitur cum
ingenti miraculo circa finem p̄ntis capituli. Vas
illud pulcherrimum: in quo baptizatus fuit Con
ſtantinus vulgari appellatione Concha dicitur:
ex nigro lapide ⁊ auro politiſſimo: quem Cōſtan
tinus in memoriam tāti beneficij intrinſecus ⁊ ex
trinſecus quantum aſcenderat aqua fecit argento
puriſſimo cooperiri. Jn medio vero fontis fecit
poni colūnam porfidi: ſuper quā poſuit lampadeʒ
auream ponderis librar̄. lij. Jn qua diebus paſ-
chalibus ardebat Balſamum. Jn labro fontis po-

ſuit agnũ aureum fundentem aquam / ponderis librarꝫ· clxx · Ad dexteram autem agni conſtituit Saluatorem ex argẽto puriſſimo/ponderis librarum·clxx· In leua parte agni Joannem baptiſtam ex argente puriſſimo / tenẽtem titulum ſcriptum: Ecce agnus dei/qui tollit peccata mundi/ponderis librarꝫ·cxxv · Poſuit ⁊ circa fontem Ceruos ſeptem fundentes aquã / oẽs ex auro puriſſimo: quorꝫ quilibet erat ponderis librarꝫ · lxxx · Que omnia aut ſacerdotum cupiditate: ſeu tyrannorꝫ ſacrilegio ablata ſunt: ⁊ ſic hodie vas nudũ appa ret· Baptizatus itaqꝫ Conſtãtinus mox publico precepit edicto: vt per totũ Ro · imperiũ idolorꝫ tẽpla clauderent: ⁊ ecclie xp̃i rupte reedificarent· Martyrum ſepulchra cum veneratione maxima coli iuſſit· Poſt hec ita prudenter ⁊ pie in Senatu concionatus eſt: ꝙ omnes Romani ad fidem Chriſti cõuerſi ſunt· Hoc tempore Helena Conſtantini mater: que tunc in Bitinia morabatur/ a iudeis perſuaſa: vt culturã relinqueret idolorum ⁊ ceremonijs iudeorū inſeruiret· Hec ſcripſit ipſa filio: cõmendando ꝙ reliquerat idolorꝫ fidem: ſed increpãdo ꝙ ſeruiebat religioni chriſtianorꝫ· Cui reſcripſit Conſtantinus / mandans Sacerdotes

Judeoꝝ ⁊ Chꝛiſtianoꝝ Rome ipis pſitibus de veritate fidei diſputaturos. Cui diſputationi ex precepto Auguſti omnes prudentes Romani imperij interfuerunt. Congregati igitur fuerunt in romana vrbe Epiſcopi Septuaginta quinqȝ. Judeoꝝ vero Secerdotes.cxx.exceptis duodecim Scribis: quos Jſachar ſummus pontifex miſit doctiſſimos in greco ⁊ hebꝛeo. Huic diſputatiōi interfuit Conſtantinus ⁊ Helena mater eius. Judices ⁊ arbitri litis nō fuerunt Xp̄iani nec Judei hebꝛei: quoꝝ vnus fuit Crathon philoſophus: cui nunq̄ꝫ pſuaderi potuit vt a quoq̄ꝫ munus acciperet. Nilqȝ volebat ſuum eſſe: nec quicq̄ꝫ in poſterum diem reſeruare voluit. Dicebat enim ex carentia diuitiaꝝ frui ſumma ſecuritate. Huic ſocius datus eſt Zenophilus cōſtantiſſimus/ et prudentitiſſimus homo. Jn his duobus erat tanta veneratio: ꝙ nullus poneret in ambiguo id verū tenendum eſſe/quod ipi cenſuiſſent. Congregatis igit cunctis: inter beatum Silueſtrum ⁊ Scribas fuit longa concertatio. Demū ita euidenter illos concluſit beatus Pꝛeſul: ꝙ omnes populi clamauerunt eos ab vrbe eſſe pellendos: qui non pꝛofiterentur Chꝛiſtum filium dei eſſe. Multi etiā

ex Judeis qui venerāt impugnare fidē baptizati ſunt. Et Helena mater Cōſtantini deoſculata eſt pedes beati Silueſtri. Et ipi diſputationis Judices baptizati ſunt. Potiſſima cauſa fuit ꝙ vnus ex Scribis volens oſtendere potentiam ſue fidei fecit adduci Thaurū adeo ferocem / ꝙ vix centū homines ipm ad locum diſputationis ducere poterant: ⁊ dictis quibuſdam verbis in aure/cecidit mortuus in terram: quēq; poſtea nullis verbis potuit ſcriba ſuſcitare. Et iudei omnes promiſerunt ꝙ ſi eum ſuſcitaret in nomine Jeſu xpi: baptizarētur: ⁊ ita factum eſt. Deinceps beatus Silueſter cū duobus presbiteris ⁊ duabus lanternis deſcēdit in quoddā antrum per. cl. gradus/vbi coniurato Dracone: qui Urbem infecerat peſte inexpiabili/eum fecit innoxium. Ligauitq; ſibi os cum filo: quod ſigillauit cum ſigillo tenente impreſſionem ſancte Crucis. Igitur eodem tempore fuerūt liberati Romani a cultura demonū/⁊ infectione draconis. Roboratus Cōſtantinus in fide generalem ſcripſit epiſtolam ad vniuerſos Epiſcopos ⁊ prelatos: quam Iſidorus ponit inter decreta patrū: in qua ponit modum ſue cōuerſionis ſub iſta forma vt ſequitur.

IN nomine ſancte ⁊ indiuidue Trinitatis.
Imperator Ceſar Flauius Conſtantinus
Auguſtus / Sanctiſſimo Patrũ patri Silueſtro
Romanõ pontifice: omnibuſq; ſucceſſoribus Epi-
ſcopis vrbis Romane: ac cũctis catholicis Epis
gratiam / caritatem / pacem / ⁊ gaudium. Ea que
Saluator dei filius dñs noſter Jeſus xp̃s ꝑ ſan-
ctos aplõs ſuos Petrũ ⁊ Paulũ / interueniente
patre noſtro Silueſtro mirabiliter opari dignat⁹
eſt / ad notitiã omniũ populoꝝ decreuim⁹ aperire.
Nam cũ inualidiſſima ſqualoris lepra carnẽ meã
inuaſiſſet: nec curã poſſet adhibere aliqs medicoꝝ:
Dixerunt Capitolij ſacerdotes: mihi fontem in
Capitolio debere fieri: ⁊ in lactentiũ pueroꝝ ſan
guine lauari iubebant. Quo audito exhorrui: pue
roſq; iam occidi paratos cum muneribus remitti
iuſſi. Quo facto cũ tempus mihi ſomni adueniſ-
ſet: aſtiterunt Apoſtoli xp̃i Petrus ⁊ Paulus
dicentes. Quoniam abhorruiſti innocentem ſan-
guinis effuſionem / a deo ad te mittimur: vt modũ
curationis a Lepra tibi ſignificemus. Mitte pro
Silueſtro Epiſcopo: qui in monte Soracto la-
tet: Hic tibi oſtendet Piſcinam: in qua lotus / re
pente curaberis. Quare Pater noſter Silueſter

me ſeptem diebus in penitẽtia tenuit. Octaua au-
tem die me ſacra vnda perfudit. Sed me repente
in fonte poſito / proprijs oculis vidi manũ de ce-
lis me ſanantem a lepra. Sic igitur me fontem exi-
uiſſe ab omni lepra curatũ cognoſcite. Quamob-
rem cenſui cum vniuerſo Senatu / cũctiſq; princi-
pibus Romanã vrbis / exaltare ſedem beati Petri
Apoſtolorum principis. Quare decernẽs ſanci-
mus: vt ipſa Romana ſedes ſuper omnes eccleſi-
as: que in vniuerſo orbe ſunt teneat principatum.
Et qui pro tẽpore fuerit Pontifex huius eccle-
ſie ſit excellentior Princeps mundi: ⁊ ad dei cul-
tum / ſtabilitatemq; chriſtiane fidei / diſponet vt li-
bet. Juſtũ quippe eſt / vt ibi lex ſancta teneat prin-
cipatũ / vbi ſanctaꝝ legum inſtitutor Xp̃s beatum
Petrum tenere iuſſit Cathedram Apoſtolatus:
⁊ vbi ipſe beatus Apoſtolus ſumpſit martyrij po-
culum ⁊ ibi gentes pro xp̃i nomine colla flectant
vbi beatus Paulus doctor gentiũ extendere col-
lum iuſſus / fuit martyrio coronatus. Sit etiã om-
nibus manifeſtum nos intra palatiũ noſtrum La-
teranẽſ. Saluatori xp̃o eccleſiam conſtruxiſſe or-
natiſſimã: Auro argento ⁊ lapidibus precioſis.
Conſtruximus etiam beatoꝝ apoſtoloꝝ Petri ⁊

Pauli/ vbi ſacratiſſima eoꝝ corpora per manus
patris noſtri Silueſtri cum magna ſolemnitate fe
cimus tumulari. Et ne apex pontificalis vileat
paupertate: ſed decoretur gloria ⁊ dignitate Ro.
eccleſie/ tam palatium noſtrũ ꝙ Romane vrbis ⁊
omnis Italie/ omniumq; occidentalium prouin-
cias/ regiones/ loca/ ciuitates ⁊ inſulas: que circa
Italiã ſunt patri noſtro Silueſtro / cunctiſq; ſuc-
ceſſoribus ſuis ſub iure Romane eccleſie pro affe
ctu largimur ⁊ donamus in Chriſto humani ge-
neris redemptore. Nos autem imperium noſtrũ
tranſſerimus ad Orientem/ in Byzantium ciuita
tem: quam ampliari fecimus/ ⁊ a noſtro nomine
Conſtantinopolim appelliri.


IHS

¶ Oratio deuotiſſima de Sudario
ſacratiſſimi vultus dñi noſtri
Jeſu xp̄i/vel Veronica·

Salue ſancta facies noſtri redemptoris
In qua nitet ſpecies diuini ſplendoris
Impreſſa panniculo niuei candoris
Dataqꝫ Veronice ſignum ob amoris
Salue vultus domini imago beata
Ex eterno munere mire decorata
Lumen funde cordibus exinde tibi data
Et ex noſtris ſenſibus tolle colligata
Salue ſplendor glorie ſalus peccatoꝝ
Repreſentans proprie regem angeloꝝ
Reſtauratrix gratie ſpeculum ſanctoꝝ
Te querunt reſpicere ſpiritus celoꝝ
Salue robur fidei noſtre chriſtiane
Deſtruens hereticos qui ſunt vite vanę
Hoꝝ auge meritum qui te credunt ſane
Illius effigiem qui rex fit ex pane
Salue noſtra gloria in hac vita dura
Labili ⁊ fragili cito tranſitura
Nos perduc ad patriam o felix figura
Ad videndum faciem que eſt chriſti pura

Salue o ſudarium nobile iocale
Et noſtrum ſolatium ⁊ memoriale
Eius qui corpuſculum aſſumpſit mortale
Noſtrum verum gaudium ⁊ bonum finale
Salue iubar ſeculi ſtella matutina
In conſpectu populi fulget lux diuina
Que eſt cura languidi vite medicina
Nos in mundo labili lues a ruina
Salue gemma nobilis vera margarita
Celicis virtutibus perfecte munita
Non depicta manibus ſculpta nec polita
Hoc ſcit ſummus artifex qui te fecit ita
Ille color celicus qui in te ſpledeſcit
In eodem permanet ſtatu nec decreſcit
Diuturno tempore minime palleſcit
Fecit te rex glorie qui fallere neſcit
Neſciens putredinem ſeruans incorruptum
Quod eſt chriſticolis coram te deductum
Tu vertes in gaudium gemitum ⁊ luctum
Confer ſalutiferum te videnti fructum
Salue decus ſeculi ſpeculum ſanctorum
Te videre cupiunt ſpiritus celorum
Nos ab omni macula purga vitiorum
Atqȝ nos conſortio iunge beatorum

Eſto nobis queſumus tutum adiuuamen
Dulce refrigerium atq; conſolamen
Ut nobis non noceat hoſtile grauamen
Sed fruamur requie cum beatis Amen.
Verſus.
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe.
R. Dediſti leticiam in corde meo.
Collecta.
DEus qui nobis lumen vultus tui memoriale ab inſtantiã beate Veronice ſudario impreſſam imaginem tuã relinquere voluiſti per paſſionem et crucem tuam: tribue queſumus: vt ita nũc in terris per ſpeculũ in enigmate te videre et adorare valeamus: vt te iudicem ſuper nos veniente͂ facie ad faciem leti et ſecuri videre mereamur in celis. Per xp̃m dñm noſtrum Amen.

¶ Incipiunt indulgentie ſeptem eccleſiarum principalium vrbis Rome

SAnctus Silueſter papa ſcribit in Cronica ſua q Rome fuerunt. M. ccccv. eccleſie: quarum maior pars eſt deſtructa: et inter illas ſunt Septem principales priuilegiate maiori priuilegio/gratia/ſanctitate/et dignitate q̃ alie.



PRima eccleſia principalis eſt Lateraneñ· q̄
dedicata fuit a beato Silueſtro papa in ho-
norem Saluatoris / ꝛ ſanctoꝝ Joānis baptiſte ꝛ
Joannis euangeliſte· Et ſunt i eadē eccleſia omni
die conceſſi· xlviij· anni indulgentiaꝝ ꝛ tot qua-
dragene ꝛ remiſſio tertie partis omniū peccatoꝝ
Jtem papa Silueſter ꝛ Gregorius ſummi ponti-
fices: qui eam conſecrauerunt / ꝛ deuote viſitanti
bus dederunt indulgentias: quas nemo preterq̄
ſolus deus numerare poteſt: teſtante beato Bo-
nifacio: qui dicit· Si ſcirent homines indulgētias
eccleſie Lateraneñ· ꝙ tot eſſent / nō eis opus eēt
vt irent ad Sepulchrū dn̄i: ſeu ad ſanctum Jaco-
bum· Dicit idem Bonifacius papa· Si quis ad
ſedem noſtram Lateraneñ cauſa deuotionis vel
orationis aut peregrinationis ꝑuenerit: abſoluit̄
ab omnibus peccatis ſuis· Dicit idē Bonifa· pa·
Si quis ad dictam ſedem ꝑuenerit in die ſancti
Saluatoris: abſoluitur ab omnibus peccatis ſuis
Jtē in ſacriſta eiuſdē eccleſie eſt altare ſancti Jo·
baptiſte: quod habuit in deſerto· Jtē in quadā ca
pella in fine dicte eccleſie ē archa federis veteris
teſtamenti· Jtē menſa ſuꝑ quā cenauit dn̄s noſter
Jeſus xp̄s cū diſcipulis ſuis· Jtem virga Moyſi·

⁊ Aaron · Et hec oia poꝛtauerant Veſpaſianus ⁊ Titus de Hieruſalē cū quattuoꝛ colūnis ereis plenis de terra ſancta de Hieruſalem: que ſtant erecte circa ſummū altare· Ite; ſupꝛa ſummū altare ſunt capita ſanctoꝝ apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli ⁊ quandocūq; illa oſtenduntur/tūc ibi ſunt tante indulgentie / quante ſunt ad ſanctum Petrum quando oſtenditur Sudarium dñi. ſeu Veronica Que indulgentie oſtenſionis Veronice habent in ſequētibus folijs videlicet in ſecūda eccl'ia pꝛincipali· Item qñ iſta ſacratiſſima eccleſia ab hereticis fuit cōbuſta/de capite ſcti Pancratij emanauit ſanguis tribus diebus/ ⁊ tribus noctibus: qđ caput etiam oſtenditur cū ceteris reliquijs in die Paſce peracto pꝛandio· Quā eccleſiā poſtea renouauit/ ⁊ de fundamento edificari fecit dei genitricis ſeruus Nicolaus papa·iiij· oꝛdinis ſancti Franciſci: vt clare adhuc apparet in ope muſaico ſupꝛa ſummum altare ſancti Silueſtri / ⁊ ſuoꝛum pꝛedeceſſoꝝ ſummoꝝ pontificū: qui ſummi pontifices celebꝛabant in criptis ⁊ cauernis terre occulte ꝓpter Imperatoꝝ ⁊ alioꝝ tyrānoꝝ metum: paganoꝝ ⁊ ſarracenoꝝ · Item ſubtus illud altare eſt oꝛatoꝛiū·ſ· Ioannis euangeliſte/vbi oꝛabat qñ

adductus ꝛ deductus ac detentus fuit Rome.
Item in quodā tabernaculo maiori quod ſtat ſuꝑ
dictum altare requieſcunt capita ſanctoꝝ apoſto-
lorum Petri ꝛ Pauli vt dictum eſt. Itē in quo
dam tabernaculo:quod eſt ſuꝑ altare ſctē Marie
magdalene ſunt recōdite he reliquie que ſequun-
tur:videlicet Tira cū qua coronatus fuit ſanctus
Silueſter papa per Conſtantinū Imperatorem.
Item caput ſancti Zacharie patris ſancti Ioānis
baptiſte. Item caput ſancti Pancratij martyris:
de quo emanauit ſanguis per tres dies continue
quando iſta ſacratiſſima eccleſia fuit ab hereticis
combuſta. Item de reliquijs ſancte Marie mag-
dalene. Item vna ſpatula ſancti Laurentij marty
ris. Item vnus dens ſancti Petri apoſtoli. Iteꝫ
Coppa ex qua ſanctus Ioannes venenū bibit: ꝛ
non ſibi nocuit. Item cathena cum qua ligatus
fuit ſanctus Ioannes euangeliſta dum duceretur
de Epheſo Romam. Item tunicella ſancti Ioan
nis euangeliſte: q̄ poſita fuit ſupra tres mortuos
ꝛ confeſtim ſurrexerūt. Item de cineribus ſancti
Ioannis baptiſte: ꝛ ciliciū ipſius. Item de lacte
de capillis ꝛ de veſtimentis glorioſe Virginis
Marie. Item camiſia: quam fecit virgo Maria

xpo ꝓprijs manibus. Item lintheum ſeu pan-
nus cū quo Chriſtus exterſit pedes Apoſtoloꝝ.
Item ſorbices ꝛ arundo cū qua xp̄s ꝑcuſſus fuit.
Item de ligno ſancte Crucis. Item purpureum
veſtimentum tinctum de guttis ſanguinis chriſti.
Item velum beate virginis Marie quod ip̄a po-
ſuit ad femoralia Chriſti in cruce. Item ſudariū
quod poſitum fuit ſuꝑ faciem xp̄i. Item preputiū
domini noſtri Jeſu Chriſti quādo fuit circūciſus
Item aqua ꝛ ſanguis qui emanauit de latere xp̄i
Item de vero ligno crucis. Et multe alie relige:
que oſtenduntur in die paſce peracto prandio.
Item in feſto Saluatoris: cuius imago viſibiliter
apparuit omni populo romano miraculoſe ſcꝫ qn̄
papa Silueſter cōſecrauit dictā eccleſiam vbi fue
rat populus romanus cōgregatus: tunc imago
Saluatoris apparuit viſibiliter omni populo de
vrbe: que imago remanſit in pariete: ꝛ quottidie
videri poteſt: nec comburi potuit cū eccl'ia fuerit
bis cōbuſta: ibi vero eſt remiſſio omniū peccatoꝝ.
Item in capella ſancti Jo. bap. ad fontes quā mu
lieres nō intrant ſub pena excōicationis/ ibidē eſt
remiſſio omniū pctōꝝ. In capella ſcti Laurentij:
quā ſimiliter mulieres nō intrant ſub ſimili pena

que dicitur Sancta ſanctoꝝ: ibidem eſt remiſſio omnium peccatoꝝ. Eſt in eadem capella imago xp̄i in etate .xij. annoꝝ diuinitus ⁊ humanitus depicta. Et circa eandem capellam ſunt gradus ſuꝑ quos dn̄s noſter Jeſus xp̄s cecidit vſq; ad effuſionem ſanguinis: ⁊ ſignū apparet clare vbi cecidit ſanguis. Qui gradus ſteterūt ante domū Pilati in Hierusalem. Et quicūq; hos gradus aſcēdit geniculādo: ille pro quolibet gradu .ix. Annos indulgentiaꝝ ⁊ tot quadragenas ⁊ remiſſionem tertie partis omniū peccatoꝝ habet.

¶ De priuilegio iſtius eccleſie ⁊ dignitate legantur iſta metra ſequentia.

Dogmate papali datur ac ſimul imperiali
Q̄d ſim cunctaꝝ caput mater eccleſiaꝝ
Hinc ſaluatoris celeſtia regna datoris
Nomine ſanxerunt cū cuncta peracta fuerunt
Sic ſumus ex toto cōuerſi ſupplice voto
Noſtra q̄ hec edes ſit tibi xp̄e inclita ſedes
Hec eſt papalis ſedes ⁊ pontificalis
Preſidet ⁊ chriſti de iure vicarius iſti
Quia iure datur romana ſedes vocatur
Deberet ⁊ vere niſi ſolus papa ſedere
Gloria ſublimis/alij ſubduntur imis.



SEcunda eccleſia principalis eſt ad Sanctum
Petrum in monte Vaticano palatij Nero/
niani:in qua ſunt omni die.xlviij. anni indulgẽtia
rũ/ꝛ tot quadragene:ꝛ remiſſio tertie partis om/
nium peccatoꝝ. Item in eadem eccleſia fuerunt
c.ꝛ.ix.altaria que nunc pro maiori parte ſunt de/
ſtructa.Et pro quolibet conceduntur.xviij. Anni
indulgentiaruꝫ. Et inter alia ſunt.vij.altaria prin
cipalia : que maiori gratia ſunt priuilegiata alijs
altaribus:ꝛ quodlibet illoꝝ. vij. eſt circundatum
cancellis ereis. Item quandocũqꝫ eſt feſtũ ſancti
Petri vel feſtum predictoꝝ altarium vel feſtum
Natiuitatis dñi/ vel paſce / vel feſtum Omnium
ſanctoꝝ/vel aliud feſtum duplex : duplicant̃ oẽs
indulgentie predicte. Item in feſto Annũtiatiõis
beate Marie virginis ſunt ibidem Mille Anni
indulgentiarum. Item a p̃dicto feſto vſqꝫ ad kal.
Auguſti ſunt ibi.xij.anni indulgentiaꝝ ꝛ tot qua/
dragene ꝛ remiſſio tertie partis omniũ peccatoꝝ.
Item quicũqꝫ aſcendit gradus ſcti Petri deuote
huic cõcedunt̃ pro quolibet gradu.vij.anni indul
gentiaꝝ datꝫ ab Alexandro papa. Item medietas
corpoꝝ ſanctoꝝ aploꝝ Petri ꝛ Pauli requieſ/
cit in p̃dicta eccleſia ſub maiori altari. Reliqua

vero medietas iacet ad ſanctū Paulum. Item in predicta eccleſia requieſcūt corpora ſanctoꝝ apoſtoloꝝ Simonis ⁊ Jude. Itē corpus ſancte Petronelle virginis filie ſancti Petri apoſtoli. Item caput ſancti Andree apli: quod oſtenditur in eius feſto: ⁊ in illa die qñ Romā portatū fuit ⁊ adductum. Item caput ſancti Luce euangeliſte. Item caput ſancti Sebaſtiani martyris. Caput ſancti Jacobi. Corpora ſanctoꝝ Proceſſi ⁊ Martiniani/ ⁊ multa alia corpora: ⁊ multe reliquie ſanctoꝝ martyrum ⁊ confeſſoꝝ ac virginum. Item Veronica/ſiue vultus ſanctus domini noſtri Jeſu xp̄i requieſcit in dicta eccleſia: qui mōſtratur in ebdomada ſancta pluribus vicibus: ⁊ in die Aſcenſionis dñi: ⁊ Dominica proxima ante aut poſt feſtū ſancti Antonij abbatis. In cuius oſtenſione Romani aduenientes/ ⁊ in eius oſtenſione preſentes habent tria milia annoꝝ indulgentias. Et illi qui ſunt circa Romā aduenientes/ ⁊ preſentes habēt vi. millia annoꝝ. Ceteri vero: qui adueniunt per mōtes/valles ⁊ colles habent. xij. milia annoꝝ indulgentias/ ⁊ tot quadragenas/ ⁊ remiſſionē tertie partis omnium peccatoꝝ. Item exiſtit vnum altare ad dexteram partē Chori decoratum por-

phiretico lapide in medio: ſup quo porphiretico
lapide diuiſa ſunt oſſa ſanctoꝝ apoſtoloꝝ Petri
⁊ Pauli/⁊ ponderata per beatum Silueſtrũ/ſub
Anno dñi·cccix·quando facta fuit iſta eccleſia·
Item ad ſiniſtram partẽ chori eſt vnũ tabernacu-
lum in quo hodierne ſeruatur illa Sedes ſeu Ca
thedra:que fuit facta beato Petro quãdo adhuc
ſedem ep̄alem tenuit in Antiochia:⁊ pulchre de-
corata·Et in feſto quod dicitur Cathedra Petri
ponitur foris ad chorũ cũ ſolẽnitate: vbi omnes
hoĩes pro ſua deuotione eandẽ attingere poſſunt
Item circũſtant colũne·xij·de marmore bene ⁊
polite facte/⁊ chorum attingẽtes:ex quibus vna
cancello ferreo circũuoluta ⁊ ornata eſt:de cuius
virtute infraſcripta legas·Hec eſt illa ad quã dñs
noſter Jeſus xp̄s appodiatus cũ populo p̄dica-
bat/⁊ deo p̄ri p̄ces in tẽplo effundebat/adherẽdo
ſtabat·Que vnacũ alijs·xi·circũſtãtibus de Salo
monis tẽplo in triũphũ huius baſilice locata fuit:
demones expellit: ⁊ ab imũdis ſpiritibꝰ vexatos
liberos reddit:⁊ multa miracula quottidie facit·
Item in tranſitu ad beatã Mariam de Febribus
eſt ſepultura ſancti Criſoſtomi: que añ fuit ferro
circũdata:nunc imagine marmorea eſt erecta·



TErtia eccleſia principalis eſt ad Sanctum Paulum. In qua ſunt omni die .xlviij. anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene ⁊ remiſſio tertie partis omnium peccatoꝝ. Item in feſto Conuerſionis ſancti Pauli ſunt ibidem .c. anni indulgentiaꝝ / ⁊ tot quadragene. Item in feſto ſanctorum Innocentum: quoꝝ corpora ibidem multa requieſcunt: ſunt ibi .xlviij. anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene. Item in dedicatione eiuſdem eccleſie: que eſt in octaua ſancti Martini: ſunt ibi Mille anni indulgentiarum / ⁊ tot quadragene / ⁊ rimiſſio tertie partis omnium peccatoꝝ. Item ſi quis intrauerit omnibus diebus Dñicis dictam eccleſiam / habet tantas indulgentias ac ſi viſitaret ſanctum Sepulchꝛũ dñi in Hieruſalem: aut ſi iret ad ſanctum Jacobum in Gallitia. Item in eadem eccleſia eſt Brachium ſancte Anne matris virginis Marie. Item vna cathena cum qua cathenatus fuit ſanctus Paulus. Et plures alie infinite reliquie. Itẽ ſub altari maiori ſituata eſt medietas corpoꝝ ſanctorum Apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. Item corpus ſancti Timothei diſcipuli ſancti Pauli requieſcit in dicta eccleſia: ⁊ plures alie infinite reliquie ſanctorum: quoꝝ anime gau

dent in celis. Itẽ in grotta requieſcunt oſſa beata ſanctoꝝ Celſi/ Juliani cum Baſiliſſa. Item circa portam/ que ducit ad ſanctum Paulum / Capena porta dicta: hic ſepultura Romuli ꝛ Remi exiſtit. Eſt etiam ibi prope Mons omnis terre. Itez ad dexteram partem Chori eiuſdem eccleſie eſt deuotiſſima imago ſancte Crucis: que allocuta eſt ſanctam Brigittam/ propter eius ſedulas orationes coram eadem factas.



QUarta Eccleſia principalis eſt ad ſanctam Mariam maiorem: In qua ſunt omni die xlviij·anni indulgentiarum/ꝛ tot quadragene / ꝛ remiſſio tertie partis omnium peccatoꝝ· Item in predicta eccleſia ſunt he reliqe videlicet corpus ſancti Mathie apoſtoli requieſcit ſub maiori altari ipſius eccleſie· Caput eiuſdem ſancti Mathie apoſtoli requieſcit in dicta eccleſia· Item corpus ſancti Hieronymi doctoris eccleſie· Itē corpora ſanctarum Rumule ꝛ Redempte· Item pannicellus beate Marie virginis: in quo requieuit eius filius in Preſepio· Item ſtola ſancti Hieronymi· Itē brachiū ſancti Mathei apoſtoli ꝛ euāgeliſte· Item brachium ſancti Luce euangeliſte· Item brachium ſancti Thome archiepiſcopi Cantuarienſis ꝛ martyris· Itē caput ꝛ brachium ſancte Vibiane virginis ꝛ martyris· Item Preſepe domini in prefata eccleſia reconditum eſt· Et multe alie reliquie ſanctoꝝ ꝛ ſanctarum ibidem requieſcunt: que oſtenduntur in die Paſce hora veſperarum vel circa: quorum anime gaudent in celis Item in vigilia Aſcenſionis domini qua celebrat̃ feſtum Tranſlationis corporis beati Hieronymi quod ibidem requieſcit: ꝛ ad Altare ipſius eſt re-

miſſio omniũ peccatorum a felicis recordationis
Pio papa·ij·Item in omnibus feſtiuitatibus bea
te Marie virginis ſunt ibi Mille anni indulgen-
tiarum·Item in feſto Aſſumptionis beate Marie
virginis vſqz ad eius Natiuitatem ſunt ibi·xij·
Millia annoꝝ indulgentiarum vltra dictas indul
gentias quottidianas·

¶Sequuntur verſus de Aſſumptio
ne glorioſiſſime virginis
Marie·

Ad ſummũ regina thronũ defertur in altum
Angelicis prelata choris cui fertur ⁊ ipſe
Filius occurrens matrem ſuper ethera ponit·



Quinta eccleſia principalis eſt ad ſanctum Laurentiū extra muros in via Tyburtina In agro Ueiano:in qua ſunt omni die·xlviij· anni indulgentiarum:ꝛ tot quadragene:ꝛ remiſſio tertie partis omniū peccatoꝝ·Item ibidem eſt lapis ſuꝑ quem poſitus fuit beatus Laurentius poſtq̄ aſſatus ꝛ mortuus fuit·Item in feſtiuitatibus ſanctoꝝ Stephani prothomartyris:ꝛ Laurētij martyris:quoꝝ corpora ibidem requieſcunt:ꝛ per octauas eorundem : ac in ſtationibus eiuſdem eccleſie ſunt Centum anni indulgentiarum ꝛ tot quadragene:ꝛ remiſſio tertie partis omniū peccatoꝝ ab antiquo conceſſa· Sed ſe·re· Calixtus tertius Pont·max·cōceſſit omnibus vtriuſqȝ ſexus chriſtifidelibus dictam eccleſiam deuote viſitantibus in ſingulis feſtiuitatibus ꝛ ſtationibus eiuſdem eccleſie antedicte/plenariam remiſſionem omnium peccatoꝝ· Item ſi quis intrauerit dictā eccleſiam per annū omni quarta feria liberat animam a purgatorio·Item ſi quis intrauerit per ianuam ſtantem in Auſtrali parte eccleſie predicte de vna cruce ad aliam plenarie confeſſus ꝛ contritus: habet remiſſionem omniū peccatoꝝ · Item ſunt in eadē eccleſia q̄plures alie reliquie·



SExta eccleſia principalis eſt ad ſanctos Fa-
bianum ⁊ Sebaſtianum : In qua ſunt omni
die ·xlviij· anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene
⁊ cum hoc remiſſio tertie partis omniū peccatoꝝ·
Item in eadem eccleſia ſunt omni die Mille anni
indulgentiaꝝ dati a Pelagio papa· Item in eadē
eccleſia ad Cathecumbas/ibi prope ſunt tante in
dulgentie quāte ſunt in eccleſijs ſanctoꝝ Apoſto
lorum Petri ⁊ Pauli : quia ibi corpora eorum
iacuerunt abſcondita longo tempore in quodam
fonte exiſtente in dicta eccleſia : ſupra quem eſt
quoddam altare· Item Silueſter Gregorius Ho
norius Pelagius Nicolaus ⁊ Joannes ſummi
Pontifices conceſſerunt/⁊ quilibet eoꝝ conceſ-
ſit Mille annos indulgentiarum quocūqꝫ tempo
re anni deuote viſitantibus dictam eccleſiam cau
ſa deuotionis/oratiōis/aut peregrinatiōis / abſqꝫ
peccatis mortalibus · Item in dicta eccleſia iacet
corpus beati Sebaſtiani· Item ſuper altare ſancti
Sebaſtiani vbi iacet corpus eiꝰ celebrauit miſſam
ſanctus Gregorius papa pro anima vnius Impe
ratoris/ ⁊ apparuit ei Angelus ⁊ dixit · Hic eſt
locus ſanctiſſimus: in quo eſt diuina ⁊ vera pro-
miſſio: ⁊ omniū peccatoꝝ remiſſio:ſplendor ⁊ lux

perpetua/⁊ ſine fine leticia: quas Chriſti martyr
Sebaſtianus promeruit: virtute ſacrificij liberat
anima. Itē ibi eſt lapis in quo Chriſtus reliquit
veſtigia pedum ſuoꝝ quando obuiauit Petro ꝑ-
ſecutionem fugienti. Quem recognoſcens Pe-
trus dixit ad eum: Domine quo vadis? Reſpon
dit Chriſtus: Romā redeo iterum crucifigi. Iteꝫ
in dicta eccleſia requieſcit corpus ſancti Fabiani
pape ⁊ martyris. Item corpus beati Stephani
pape ⁊ martyris. Item corpus ſancte Lucine v̄-
ginis: que corpus ſancti Sebaſtiani in dicto loco
ſepeliuit: ⁊ hanc eccleſiam ad ipſius ſancti Seba-
ſtiani honorem conſtruxit. Et. xviij. ſummi Pon-
tifices martyres: quoꝝ quilibet dedit ſuam in-
dulgentiam/in dicta eccleſia ſancti Sebaſtiani re-
quieſcunt. Sūt ⁊ multe alie indulgentie in p̄dicta
eccleſia: que numerari non poſſunt: ꝓpter innu-
merabilia corpora ſanctoꝝ ibidem requieſcentiū.
Item in Cimiterio ſancti Calixti eſt plenaria re-
miſſio omniū peccatoꝝ.

Viſitet hic pia mens ſanctoꝝ buſta frequenter
In chriſto quoꝝ gloria perpes erit.

¶ Hic eſt cimiterium beati Calixti pape ⁊ marty-
ris incliti. Quicunqꝫ illud contritus ⁊ confeſſus

ingreſſus fuerit/plenariam remiſſionem omnium peccatoꝝ obtinebit: per merita glorioſa Centū ꝛ Septuaginta quattuoꝛ milliū ſanctoꝝ martyrum: quoꝝ ibi coꝛpoꝛa in pace ſepulta ſunt vna cum quadraginta ſex ſummis Pontificibus beatis: Qui omnes ex magna tribulatione venerunt: ꝛ vt heredes in domo domini fierēt/moꝛtis ſupplicīū pꝛo Chꝛiſti nomine pertulerunt. Item omni die Dominica de menſe Maȳ eſt in p̄dicta eccleſia ſtatio ꝛ indulgentia.




INRI

Septima eccleſia principalis eſt ad ſanctam Crucem in Hieruſalē: in qua ſunt omni die xlviij. anni indulgentiarum ꝛ tot quadragene ꝛ remiſſio tertie partis omniū peccatoꝝ. Itē in ſummo altari requieſcunt corpora ſanctoꝝ Anaſtaſij: ꝛ Ceſarij. Item candē eccleſiam que vocatur ad ſanctā Crucem in Hieruſalem/edificauit Cōſtantinus filius Conſtātini magni Imperatoris in honorem ſancte Crucis: ad preces ſancte Helene: ꝛ ſanctus Silueſter papa ꝯſecrauit eā. Sunt omni die dñica. ccc. anni indulgētiaꝝ ꝛ tot quadragene ꝛ remiſſio tertie partis omniū peccatoꝝ. ¶ Item he ſunt reliquie eiuſdē ecclie. Primo duo ciphi: Unus qui fuit plenus de ſanguine xpi/alter vero de lacte btē Marie virginis. Itē ſpongia in qua Iudei porrexerūt xpo fel ꝛ acetū. Item de ligno ſctē Crucis. Itē due ſpine de corona xpi. Unus clauus cū quo fuit affixus xps in cruce. Item de ligno crucis latronis pendētis ad dexterā xpi: q fuit ꝯuerſus ad xpm. Item titulus ſancte crucis. Item in capella que vocatur Hieruſalē: quā mulieres nō intrāt/niſi ſemel in anno. ſ. in die dedicatiōis eiuſdē: que celebrat̄ in vigilia ſctī Benedicti abbatis. ſ. xx. Martij/eſt remiſſio oīm peccatoꝝ.

AD ſanctam Mariā tranſtyberim. Hic locus vbi nūc illa venerabilis eccleſia eſt: olim appellabatur Taberna meritoꝛia regionis Tranſtyberim: in qua Romani Milites: qui amplius militare non poterant: vite ſue ſubſidia percipiebant. Et appellabatur meritoꝛia: quia pꝛo benemeritis eoꝝ ⁊ ſpoꝛtularis pecunia donabatur. In cuius atrio hij verſus ſcripti erant.

Roma vetus veteres cum te rexere quirites
  Nec bonus imunis nec malus vllus erat.
Defunctis patribus ſucceſſit pꝛaua iuuentus:
  Quoꝝ conſilio pꝛecipitata ruis.

Ex hac taberna meritoꝛia videlicet vbi ille due feneſtrelle ferree cancellate apud choꝝ ſunt poſite: Tempoꝛe: quo dn̄s noſter Jeſus xp̄s de virgine Maria naſci dignatus eſt: fons olei de terra exundauit: ac per totum illum diem ac noctem largiſſimo riuo vſqȝ ad Tyberim defluxit: Significans vnctionem xp̄i ⁊ baptiſmum/ atqȝ doctrinaȝ eius qua omnes gentes imbueret ad credendū per baptiſmum. Quod miraculū attendens Sanctiſſimus Pꝛeſul Calixtus natione Romanus: ſicut erat iam ab antiquo tempoꝛe famatum: in eodem loco/vnde Oleum fluerat. Pꝛocedente quoqȝ

tempore cum aliquantulum ceſſaret perſecutio a xpĩfidelibus:eadẽ eccleſia creditur nouis fabricis ampliata:quã Gregorius papa·iij· ob reuerentiã beate virginis Marie ⁊ beati Caliꝑti martyris a fundamentis penitus dirutã / nouis fabricis cum tecto conſtruxit:ac totam depinxit· Sunt ſepulta ibi corpora ſanctoꝝ videlicet Caliꝑti pape Innocentij pape/fundatoꝝ eccleſie/⁊ Iulij pape/ſancti Quirini:epĩ·Eſt in octaua:die Aſſumptionis beate Marie in Auguſto,ibi ſtatio ⁊ indulgentia·

Iam puerũ iam ſummũ pater poſt tẽpora natũ
Accipimus genitũ tibi quem nos eſſe cocuſi·
Credimus hircoꝝ olei ſcaturire liq̃mina tybrim
Hinc oleũ fluxit cum chriſtus virgine luxit
Hic ⁊ donatur venia quocũq; rogatur·

AD ſanctum Griſogonũ in prefata Regione tranſtyberim· In iſta eccleſia ſcti Griſogoni he ſunt reliquie:Brachiũ ſancti Iacobi:Scapula ſancti Andree apli : ⁊ caput dicti ſcti Griſogoni· Sunt ibi indulgẽtie· Hic eſt ſedes ⁊ titulus Cardinalis·Statio·xxiij·quadrageſime·

AD ſanctam Ceciliam virginem·Iſta eccleſia prenominate virginis eſt etiam in Regione Trãſtyberim ſituata:vbi requieſcit corpus ſancte

Cecilie: etiam corpora ſanctoꝝ Tyburtij Vale-
riani Lucij pape primi ⁊ Maximiani ſub altari
in choro requieſcunt. Sunt in eadem eccleſia plu
res alie reliquie. Fuerunt in dicta eccleſia olim
edes ſancte Cecilie ⁊ habitacula: quas ſanctus
Paſcalis papa conſecrauit: ad honorem omnipo
tentis dei/eiuſq; genitricis glorioſe/ſanctoꝝ Apo
ſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli/beate Agathe ⁊ Cecilie.
Anno incarnationis dñice.ccc. Indictioñ.xv. ec-
cleſiam edificauit: ſicut plenius in Epiſcopali li/
bro continetur.

AD ſanctum Bartholomeum in Inſula. In
iſta eccleſia eſt corpus ſancti Bartholomei
ſupra altare maius in tabernaculo. Eſt etiam ibi
corpus ſcti Paulini/ ſcti Alberti / ſcti Marcelli
⁊ ſancti Superantij. Sunt ibi plures reliquie que
cũ ſupradictis in die ſcti Bartholomei apoſtoli
⁊ in dñica Palmaꝝ oſtenduntur. Eſt vnus fons
ante altare maius in choro: in quo inuenta ſunt
corpora ſanctoꝝ ſcʒ ſancti Paulini ⁊ Superãtij
apud illam ſunt.cc.anni indulgentiaꝝ.

AD ſanctũ Joannem in Inſula ex oppoſito
eccleſie ſcti Bartholomei. Hic eſt vnũ clau-
ſtrum mulierum: ibi eſt vna capella beate Marie

virginis verſus aquas Tyberis que apud molendinas appellatur. Dicitur ꝙ quodã tpe Tyberis creuit vltra lampades ardẽtes ante imaginem ⁊ nõ fuerunt extincte: nec videbatur illata aliqua leſio imagini per aquam.

Ad ſanctum Nicolaum in carcere Tulliano in regiõe Ripe ſunt iſte reliquie. Una coſta ſancti Mathei apoſtoli ⁊ euangeliſte. Manus ſancti Nicolai/ Brachium ſancti Alexij. Eſt ibi in quadrageſima ſtatio.

Ad ſanctã Mariam in Porticu in regione Ripe: hic eſt vnus lapis pretioſus zaphirus in quo imago dei/ ⁊ beate Marie virginis miraculoſe eſt impreſſa. Temporibus Joannis pape primi: ⁊ Juſtini proprij filij Juſtiniani Auguſti: ⁊ Theodorici regis Gothoꝝ heretici Italiam opprimentis: fuit in vrbe Matrona potentiſſima Siniaci Conſulis ⁊ Patricij filia nomine Galla inter romanos diuitijs ⁊ generoſitate precipua: Patriciatuſqꝫ dignitate ſublimis cognominata: Patricia moribus/ ⁊ vita beata. Sic enim tẽporalibus vſa eſt bonis: vt legem domini non defeceret: ⁊ a diuinis nullatenus declinaret. Et quia xp̃o ſedula ſeruire curauit: ſuiqꝫ in ſe creatoris ſi-

militudinem ⁊ imaginem prudenti circũſpectione
integram illibatãq; ſeruauit: Xp̄i ⁊ beate Marie
imaginem per manus ſanctoꝝ angeloꝝ in palatio
ſuo ſuſcipere meruit. Quadã enim die dum fami-
lia circũſedente pranderet: ſupra ꝓpinatorium p̄
dicta imago omnipotentis dei: ac benedicte Ma
rie matris filij nimio fulgore apparuit. Cuius
immenſa luce Propinator verberatus ad domi-
nam rediit: ⁊ quod acciderat territus nuntiauit.
Mox Galla ſurgens a menſa venit ad dictum lo
cum: lucem quidem vidit: ſed imaginem decoram
videre nõ potuit. Habito igitur cõſilio: ⁊ multoꝝ
procerum comitata concurſu: ad Lateranenſe pa
latium feſtinauit: ⁊ Pontifici apparitionem lucis
religioſa grauitate narrauit: pijs lachrymis poſtu
lans/ ⁊ magnis precibus: vt ad Ancillam domini
ip̄e dominus dignaretur venire: deo dante ⁊ re-
uelante rem nouam plenius cogitaturus. Cuius
ſanctis precibus venerabilis pontifex acquieſcẽs
cum Cardinalibus Epiſcopis ⁊ maioribus Ciui
tatis ad Galle palatiũ venit: ⁊ ad dictum locum
accedens: extenſis brachijs: ac oculis eleuatis in
celum: deuotiſſime intra lucem orauit. Cumq; ad
huc venerabilis pater Papa orationi inſiſteret:

inter brachia ſacratiſſimam ſuſcepit imaginem: ⁊ eā adorandā circūſtāti multitudini cū lachrymis timoris ⁊ gaudij demonſtrauit. Et quomodo beatus Gregorius. vij. conſecrauit iſtaꝫ eccleſiā: que antea fuit palatiū ꝑnominate Galle patricie: ⁊ de vita eius legitur in certis alijs legendis.

Ad ſanctum Georgium. In iſta eccleſia ſunt iſte reliquie. De lacte beate Marie virginis ⁊ de veſtimētis eius. Vexillū/lancea/⁊ caput ſcti Georgij: Quod caput ſancti Georgij eſt repertuꝫ in vna capſa litteris aureis: demonſtrātibus illud eſſe per S. preſulē zachariā pa. i. ibidē locatū. Et deduci fecit regionē ad velū aureū in venerabileꝫ iſtā Diaconiā cū magna ſolēnitate: vbi in honore ſuo conſecrata eſt ꝑnominata eccleſia. Et plures alie reliquie. Statio ⁊ titulus cardinalis.

Claudius Tyberius deſcribēs pugnatores ciues Romanos: inuenit Sepies decies centena milia. vcccc. ⁊. cccc. milia: Quod adhuc reperitur ſcriptū ante dictā eccleſiam ſubtus portugale.

Ad ſanctam Anaſtaſiam. Eccleſia iſta eſt verſus palatium maius conſtructa: ex oppoſito eccleſie ſancti Georgij. Sunt ibi plures reliquie. Statio in quadrageſima: ⁊ titulus cardinalis.

AD ſanctam Mariam ī que vocatur Schola greca, infra montē Auentinū: ante pnominatam eccleſiam poſitus eſt vnus lapis rotundus ad diſpoſitionem facie ꝛ vultus: qui dicebaf Bucca veritatis. Ad quem homines ſe expurgauerūt. Uirtutem ſuā per vnam mulierem perdidit. Fuit etiam ſcola ſancti Auguſtini.

AD ſanctam Sabinam. Iſta venerabilis eccleſia vocatur ad ſanctā Sabbinā de vrbe in monte Auentino: quam miro opere ſtruxit Pbr vrbis Paulus Illiricus ſub papa Celeſtino ſicut patet in litteris aureis ſcriptis in parte poſteriori eccleſie ſuper portam Cypreſſinam. In iſto loco fuit ſedes apoſtolica: ſicut demonſtrat ſtructura Palatij: in quo reſidēs papa Honorius tertius cum curia ſua/ Anno dñi. M.ccxvi. ordinem predicatoꝝ: quem ſanctus Dominicus a pdeceſſore ſuo papa Innocentio in Concilio Lateranī impetrauerat / auctoritate apoſtolica confirmauit. Et hanc eccleſiam beato Dominico ob ſpecialem familiaritatem ꝛ magne deuotionis affectum: quē erga eū habuit inhabitandā cū fratribus ſuis cōceſſit. Cuius etiā ob ppetuā rei memoriā / Calix papalis/ cū patena / ꝛ corporali ꝛ altari

⁊ capelle apoſtolice de alabaſtro in loco iſto reſeruatur: Hic ſepulta ſunt corpora ſanctoꝝ videlicet ſancte Sabine: ſancti Theodori: ſancti Alexādri pape. Nota Auentinum primā Regionem vrbis fuiſſe. Hic eſt vnus lapis niger ſuſpenſus: de quo iſti verſus habentur.

Credidit orantem iactato contundere ſaxo
Hic ſanctum Dominicum hoſtis verſato ad ipm̄
Marmoris illeſi confracto monſtrat in euum
Huiuſq; fidem prebet ſuſpenſus ⁊ iſte molaris.

Sunt q̄plures alie reliquie notabiles ⁊ ſcripte: ⁊ eſt ibi ſtatio in die Cinerum.

AD ſanctum Alexiū in eodem monte Auentino: eſt eccleſia/ que antea fuit domus Patris ſancti Alexij. Hic eſt locus ⁊ gradus vbi predictus ſanctus Alexius patri incognitus/ Annis xvij. penitentiam egit: vſq; ad annum incarnationis domiuice. cccviij. ſuum tradidit deo ſpiritum. In iſto loco ſunt omni die. c. anni indulgentiaꝝ: ⁊ totidem quadragene. De vita ⁊ morte ipſius legitur plenius in ſua legenda. Hic oſtenditur in vno tabernaculo vna imago beate Marie virginis: circa quam ponuntur iſta ſcripta ſc; : Hec eſt illa imago digna Beate Marie ſemper virginis

quondam exiſtens in eccleſia eiuſdem beate Ma
rie virginis in ciuitate Edeſſa : vbi btūs Alexius
peregrinus degebat: ⁊ coram qua ſemꝑ volebat
orare/nec ꝑmittebatur. Unde ipa beatiſſima ima
go bis miraculoſe locuta/ dixit Cuſtodi eccleſie:
Fac introire hominē dei / ideſt Alexium: q ſedet
foras in oſtio:quia dignus eſt regno celoꝝ. Sub
altari maiori in choro ſunt corpora ſanctoꝝ Bo
nifacij martyris: ⁊ Alexij cōfeſſoris: vt bulla Ho
norij pape.iij.patēs demōſtrat. Necnō Hermetis
martyris ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ reliquie: quoꝝ meritis
⁊ interceſſionibus ab omnibus malis ⁊ a morbo
epydimie liberemur.

AD ſanctā Priſcam ex oppoſito eccleſie ſan
cte Sabine in monte Auentino.

Ubi ab Euandro ſacra eſt Herculis ara
Urbis romane prima ſuperſtitio poſt
Ubi ſtructura tot veterū templa punienda deū
Montis auentini nunc facta eſt gloria maior
Unius veri religione dei
Precipue tamen ob Priſce nobile templū
Quod priſcum merito par ſibi nomen habet
Nā petrus id coluit populos dū ſepe doceret
Dum faceret magno ſacroq; ſepe deo

Dum quos facinoꝝ fontis deceperat erroꝛ
Hic melius ſacra purificaret aqua
Quod demū multis ſeſe voluentibus annis
Coꝛruit aut vlla ſubueniente manu
Sūmus ac antiſtes Calixtus tertius ipſum
Extulit/omne eius reſtituitqꝫ decus
Cui ſimul eterne tribuit dona ampla ſalutis
Ipſius ne qua parte careret ope.

Ad ſanctū Sabam. Hic eſt vna fontana conducta in eccleſiam: cuius aquā homines gu‐ſtare poſſunt/ ⁊ bibentes curantur a fluxu ſangui‐nis: vt q̄ſſepiſſime claruit miraculis: Eſt eni i iſta fontana ſancta de ſcapulario ſancti Sabbe abba‐tis ⁊ confeſſoꝛis. Eſtqꝫ ibi vna Abbatia oꝛdinis ſancti Benedicti. Item recondita ſunt in iſta ec‐cleſia coꝛpoꝛa Titi ⁊ Veſpaſiani Imꝑatoꝝ: que videri poſſunt quottidie. Ad quoꝝ ſepulchꝛū ſcri‐buntur iſti verſus ſequentes

Conditur hoc tumulo Titus cū Veſpaſiano
Patre felice/ſed eminent pꝛoſpera Titi
Hieruſalem pꝛemens dominiqꝫ emulos fremēs
Aper de ſilua ferus ſingularis in hoſtes
Expurgat vineam ſabaoth ſternendo laboꝛem
Reddit ⁊ congruā vindictam populo nequam.

AD ſanctum Anaſtaſium ibi ad tres Fontes in iſta eccleſia ⁊ monaſterio habetur ſcripta in Choro vna bulla: que ſic incipit: vt ſequitur. Anno. M. cci. Quarto Nonas: quo Xp̄s venit mūdū redemit actu diuino/ Kal. Aprilis. Honorius felix monos dia. ſacer / hanc aulā cōſecrauit Papaq; dicauit diuinis: Ac ter ſeptem Cardinales collaterales interfuerūt ad martyris dei honorem/ ⁊ tunc aſtiterunt ⁊c. Et hic eſt colūna ſuper quam beatus Paulus apoſtolus decollatus eſt. In capella ad tres fontes eſt locus martyrij ſancti Pauli apoſtoli.

AD ſanctam Mariam Scala celi. Hec eſt ſecunda capella fundata in toto mundo ad honorem glorioſiſſime virginis Marie. Et vocat̄ Scala celi: quia beatus Bernardus dum celebraret in iſta capella/meruit videre Scalam in celum vſq; erectam: ac angelos animas in celos ꝑ eandem ducentes. In qua capella quicunq; celebrant/aut celebrari faciunt pro animabus exiſtentibus in purgatorio: meritis eiuſdem glorioſe v̄ginis Marie/dicte anime cito liberantur. Et q̄cquid ibi deuote petitur: ſine dubio impetratur. Et ſunt ibi plures indulgentie: vt patet in tabula

indulgentiaꝝ·Item ſunt recondita ibi oſſa decem millium martyrum·

AD ſanctam Mariam Annuntiatam. Item Anno domini·M·cc·Pōtificatus domini Honorij pape·iij·Anno·v·Indictione·viij·mẽſis Auguſti die·ix·dedicata eſt hec eccleſia ĩ honorez beate Marie virginis: ⁊ omnium ſanctoꝝ: per manus venerabiliũ Anagnini ⁊ Joannis ſangui ni Epiſcopoꝝ/aſſiſtentibus Joanne ville magne/ Joanne ſancte Marie de Roſille. Sũt etiam ibi in altari certe ⁊ ſcripte reliquie per manus ſupra dictoꝝ recondite: quarum nomina ponũtur in vna tabula apud altare·Item ſciendum ꝙ vbi illa Crux iñ medio itineris dicte eccleſie/ ⁊ Sancti Sebaſtiani eſt poſita: ſunt captiuata iſta·x·millia martyrum ⁊ militum·

DOmine quo vadis: in iſto loco quando Angelus dñi beatũ Petrum eripuit de manu Neronis/Saluator ei obuians: cui Petrus ait· Domine quo vadis: Et reſpondens: Vado Romã iterũ crucifigi·Sunt multe indulgentie·

AD ſanctum Joannem ante poꝛtam latinam Iſta eccleſia eſt conſtructa apud iſtam poꝛtam: que dicitur poꝛta latina·Ibi adbuc eſt locus

vbi miſſus eſt ſanctus Joannes in oleum ferueniſſimum. Sunt ibidem multe indulgentie. Eſtq3 ſtatio in quadrageſima in dicta eccleſia.

AD ſanctum Sixtum ante poꝛtam Appiam: eſt clauſtrum mulierum: in ſtrata vbi itur ad ſanctum Sebaſtianum. Statio in quadrageſima: ꝛ eſt titulus Cardinalis.

AD ſanctam Balbinam. Iſta eccleſia dicitur etiā ad ſanctū Saluatoꝛem: cuius imago in choꝛo ſupꝛa ſummū altare oſtenditur: vbi ſepulta ſunt. iiij. coꝛpoꝛa ſanctoꝝ videlicet ſancte Sabine ſancti Quirini: ꝛ illaꝝ duaꝝ virginū: quibus pꝛenominata imago apparuit. Eſt etiam ibi ſtatio in Quadrageſima ꝛ titulus Cardinalis. Sanctus Gregoꝛius conſecrauit eccleſiam iſtam: ꝛ cōceſſit vij. annos indulgentiaꝝ.

AD ſanctum Griſogonum eſt vna Abbatia. Gregoꝛius Eps̄ ſeruus ſeruoꝝ dei ꝛc̄. ſicut continetur in pꝛiuilegio. Qui anno ſecundo ſui pꝛeſulatus ꝛc̄. collecta Cardinalium/Epiſcopoꝝ ꝛ ceteroꝝ Romañ eccleſie multitudine/Eccleſiā iſtā: quā ad honoꝛe3 ſancti Andree in Dioſcauri conſtruxerat: in qua rudimenta ꝛ ſanctitatis ſuſceperat incrementa/eo ꝙ detulit: pꝛout eius anima

deſiderabat conſecrauit. Quam eccleſiam etiam plenarie dotauit: et priuilegiis apoſtolicis premu niuit. Cōſecratione vero perfecta flexis ad terrā genibus / ſe deo humili ſupplicatione pſternens preces fudit ad dominū dicēs. Dn̄e Jeſu chriſte fili dei viui: qui dixiſti apoſtolis: et per apoſtolos vniuerſis fidelibus chriſtianis: Quodcūq; petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: Peto ab omnipotentia maieſtatis tue: quatinus qcūq; deinceps in huius eccleſie circuitu elegerit ſepul turam (dūmodo fidem chriſtianam teneat) imper petuum damnationis eterne incendiis non ſit mā cipandus: ſed ad eterne vite gaudia ſublimandus Oratione vero completa: apparuit ei angelus do mini dicēs: Gregorii exaudita eſt oratio tua. Hic eſt brachiū ſancti Gregorii pape primi. Eſt etiam et crus ſancti Pantbaleonis.

Ad ſanctos Joannem et Paulum in Celio monte. Hic requieſcunt corpora ſanctorum Joannis et Pauli. Circa iſta loca ſancta ponitur vna bulla ſculpta: que dicit de reconditione iſtorum ſanctorum pnominatorum.

Presbiter eccleſie romane rite Joannes
Hic animi voto dona vouendo dedit

Martyribus chriſti Paulo pariterq; Joanni
Paſſio quo ſedem contulit eſſe pares.
Statio & titulus Cardinalis.

Ad ſanctum Stephanum in Celiomonte eſt ecclesia ſtructure rotunde. Ecclesiam hanc prothomartyris Stephani/ diu antea collapſam: Nicolaus.v.pontifex maximus ex integro reſtaurauit. Ibi ſunt fratres ordinis ſancti Pauli primi heremite. De cuius vita & obitu hec infraſcripta metra poteris legere.

Obitus & vite primi tempus heremite
Ut breuiter dicam/hec inſpice metra ſolerte
Anno centeſimo & ſeptnageſimo primo
Poſt incarnatū xp̄m de virgine natum
Thebaide genitus Paulus heremita primus
Hic ſextūdecimū cū peruenisset ad annum
Mundū reliquit: heremi ſecreta petiuit
Cui ter denis cū ſeptem inſuper annis
Palma dedit victū corpis pariter & amictū
Celitus huic manna paſtus annis ſexaginta
Domino mittente quottidie coruoq; ferente
Poſt hoc ducentis octuaginta ſex quoq; annis
Patris eterni filij de virgini nati
Anno centeſimo decimoq; vite ſue terno

Paulus de mūdo choris ſeptem latabundo
Ciuium ſanctoꝝ abijt ad regna celoꝝ.

¶ Anno vero domini. M.ccl. tranſlatus de Cō
ſtantinopoli in Venetias. Anno quidē. ccclxxxi.
tranſlatus de Venetijs in Vngariam. Statio ⁊
titulus Cardinalis.

AD ſanctam Mariam in nauicula / in eodem
Celiomonte: Ponitur vna nauis lapidea in
ſignum miraculi ante introitum eccleſie. Statio
in quadrageſima ⁊ titulus Cardinalis.

AD ſanctam Mariam Imperatricē. Hic eſt
imago beatiſſime virginis Marie: que etiā
allocuta eſt beatum Gregorium papam / dicendo
Quare amplius me non ſalutas: cum ſemper ꝑ
tereundo imaginem meam ſalutaueras: ſanctus
Gregorius geniculando orauit: ⁊ petiuit veniam
coram prenominata imagine. Et conceſſit poſt
hoc omnibus geniculando orantibus Tria Pa
ter noſter ⁊ tot Aue maria / bona intentione: ⁊ ꝓ
poſito bono / toties quoties id fecerint. xv. annos
indulgentiaꝝ.

AD ſanctum Petrum ⁊ Marcellinū. Anno
a Natiuitate domini. M.cclxvi. Indictione
xiij. Die. x. menſis Aprilis. Alexander papa con-

ſecrauit hanc eccleſiam ſctōꝝ Petri ⁊ Marcelli-
ni : ⁊ vtrunqꝫ altare. Et repoſuit in maiori altari
de reliquijs p̄nominatoꝝ / ⁊ plurimoꝝ ſanctorū:
quoꝝ nomina bene legi poſſunt ī ſculptura apud
oſtium eccleſie. Conceſſit ipi eccleſie a die conſe-
crationis p̄dicte vſqꝫ ad octauā ſingulis diebus
indulgentiā triū annoꝝ : ⁊ trium quadragenaꝝ.
Et deinde tranſtulit dictam indulgentiā de dicta
die in feriam ſecundam poſt Dominicā ſecundā
quadrageſime. Qua die addidit īdulgētiā vnius
anni: ⁊ .xl. dieꝝ. Titulus cardinalis : ⁊ ſtatio in
Quadrageſima.

AD quattuor Coronatos. Beatus Leo .iiij.
papa ſub maiori altari recondens collocauit
corpora ſanctorum martyrum Claudij Nicoſtini
Simphronij: ⁊ plurimorum ſanctorum : quorum
nomina ſculpta ſunt circa prenominatum altare ⁊
etiam corpora aliorum ſanctorum: quoꝝ nomina
deo ſunt cognita. Item anno incarnationis domi
ni noſtri Jeſu xp̄i. M. cxi. Indictione .iiij. v. idus
Maij : Paſcalis papa Anno .ij. ſui pontificatus
iuſſit cauare ſub altari : quod prius combuſtum
⁊ confractum fuerat : ⁊ inuenit duas Conchas:
vnam porphireticā: ⁊ aliam ex compromiſſo. In

quibus erant ſacra corpora ſupradictoꝝ ſanctoꝝ·
In tertia vero die iuſſit vndiqȝ murari Conchas
⁊ deſup altare reedificari: ad memoriam ⁊ hono
rem dictoꝝ ſanctoꝝ: ⁊ laudem dñi noſtri Jeſu xp̄i
Statio ⁊ titulus Cardinalis·

AD ſanctum Clementem eſt clauſtrum fratrū ordinis ſancti Ambroſii · Sub altari maiori requieſcit corpus ſancti Clementis pape ⁊ martyris: quod tranſlatum fuit de ciuitate Cerſona trans pontum maris in hanc vrbem: per chriſtianiſſimū ⁊ clementiſſimū Juſtinianū Imperatorē· Et hic multoꝝ alioꝝ ſanctoꝝ ſunt reliquie: ⁊ conceſſe multe indulgentie per ſummos Pontifices maxime per Sanctiſſimū Gelaſiū papā: qui quottidie illuc venientibus·xl·annoꝝ/⁊ totidē quadragenaꝝ veniam ſuoꝝ indulſit peccaminū: de gratia ſpeciali: ⁊ in·xl·duplicant· Item fe·re·Alexander papa·iij·ad honorē ſancti Ignatij martyris: cuius corpus in p̄nominato altari requieſcit / per ſuum priuilegiū conceſſit ⁊ largitus eſt tertiā partē omniū peccatoꝝ·Statio ⁊ titulus Cardinalis·

¶ Item habetur in ſerie Ro·pontificum ꝙ Joannes Anglicus poſt Leonem ſedit annis·ij·menſibus·v·diebus·iiij·Vacauit Sedes menſe vno: vt

aſſeritur femina fuit: ⁊ iuuenili habitu ab amante ſuo Athenis ducta: in diuerſis ſcientijs tantum profecit: vt Rome tandem legeret ad triennium: ⁊ magnos magiſtros haberet diſcipulos: nec ſibi quiſq̃ ſimilis ibidem inueniebatur. Magne itaq; ſcientie ⁊ opinionis exiſtens: in papam concorditer eligitur: ſed in papatu per familiarem impregnatur. Uerum tempus partus ignorans: de ſancto Petro in Lateranum tendens: anguſtiata peperit inter Coliſeum ⁊ ſanctum Clementem: ⁊ ibidem (vt dicitur) moritur. Hanc viam quādo Papa obliquat: dicit̄ a pleriſq; q̄ ꝓpter deteſtationem facti hoc fiat. Nec ponitur in Cathalogo Pontificū: ꝓpter muliebrem ſexum quantum ad hanc difformitatem.

AD ſanctam Mariam nouā. Iſta eccleſia eſt contigua templo: quod dicitur Eternitatis. In Natiuitate domini noſtri Jeſu Chriſti multa miracula apparuerunt in eo. Nam templū pacis Rome conſtructum: vt dicit Innocentius. iij. propter pacem: que. xij. annis Rome fuit: Appollo Rome conſultus/ reſpondit: Non caſurū donec virgo pareret: funditus ea nocte corruit. Item in dicta eccleſia eſt vna imago beate Marie virgi-

nis in vno tabernaculo: quam beatus Lucas di-
ſcipulus Chriſti depinxit in Troade grecie: quã
Angelus de franga panis ſecum Romam detulit
in dictam eccleſiam: que tẽpore Honorij. iij. tota
per incendia cõſumpta/ diſpoſitiõi iſtius imaginis
nulla leſio facta fuit. Sũt in pnominata eccleſia re
liquie videlicet: De fragmentis quando domi-
nus noſter Jeſus Chriſtus cibauit quinq3 millia
hominũ de. v. panibus ordeaceis. Sunt ibi infra
altare in choro ſepulta corpora ſanctorꝫ ſcilicet
ſancti Nemaſii tribunij patris ſancti Juſtini: ſan-
cti Simphoriani: ſancti Olimpi: ſcti Exemperij:
ſancte Lucille: ⁊ multe reliquie adducte de Ci-
miterio ſancti Calixti. Eſt ibi ſepulta quedam do
mina Romana nobilis nomine Franciſca: deo de
uota: cuius ſepultura eſt cãcellata ferro: ⁊ deaura
ta: que vſq3 huc nõ eſt canonizata: ⁊ nomen eius
in libro vite ſcriptũ eſt. Titulus Cardinalis.

AD ſanctos Coſmam ⁊ Damianum. In iſta
eccleſia ponunt infraſcripta metra muſaica
arte ſuperius in pariete.

Aula dei claris radiat ſpecioſa metallis
In qua plus fidei lux precioſa micat
Martyribus medicis populo ſpes certa ſalutis

Venit ⁊ ex ſacro creuit honore locus
Obtulit hec domino felix antiſtes dignū
Manus ⁊ etherea viuat in aere poli.

¶ Quicūqꝫ viſitauerit iſtam venerabilē ſanctoꝝ martyrū Coſme ⁊ Damiani eccleſiam habet omni die Mille annos de indulgentia / datꝫ a beato Gregorio papa primo. Et ipſe beatus Gregorius conſecrauit Altare maius iſtius eccleſie: ⁊ poſuit ſub illo altari corpora ſanctoꝝ martyrū Coſme ⁊ Damiani: ⁊ plurimoꝝ ſanctoꝝ corpora quoꝝ nomina habent̄ in vna tabula circa dictū altare.

AD ſanctam Mariam Libera nos a penis inferni. Sanctus Silueſter Romanꝰ Pontifex: a quo Conſtantinus Imperator a lepra liberatus ⁊ baptizatus eſt: conſecrauit hunc locum. Que capella beate Marie virginis vocatur Libera nos a penis inferni. Et dictus ſanctus Silueſter conceſſit omnibus ⁊ ſingulis vere penitentibus ⁊ confeſſis: ad dictum locum venientibus: ac elemoſinam pie largientibus. xi. Millia annoꝝ de indulgentia.

AD ſanctā Mariam de cōſolatione eſt imago beate Marie que multa facit miracula ⁊ eſt in eadē eccleſia plenaria remiſſio omniū pctōꝝ in

die dñica · ij · menſis Junij a primis veſpis vſqȝ ad ſecundas veſpas a papa Sixto·iiij·cōceſſas·

AD ſctāȝ Mariā de gratia: hic eſt vnū hoſpitale vbi quottidie fiunt elemoſine pro infirmis ꝛ egrotantibus per ſocietatem Romanoꝝ·

AD carceres beati Petri apoſtoli retro Capitoliū· In hac venerabili ecclia eſt ꝯceſſa a Romanī Pontificibus vere penitentibus ꝛ confeſſis viſitantibus dictam eccleſiā: ac largiētibus ſuas elemoſinas quottidie tertie partis oīm peccatoꝝ remiſſio: ꝛ·cc·annoꝝ indulgentia· Necnō voluerunt dicti ſummi pontifices dictā indulgentiam in diebus feſtiuis duplicari· Jtem in dicta eccleſia eſt fons: qui miraculoſe apparuit quando beati apoſtoli Petrus ꝛ Paulus ſtabāt in dicto loco incarcerati· De cuius fontis aqua baptiȝati ſunt per manus dictoꝝ apoſtoloꝝ ſanctus Proceſſus ꝛ Martinianus: qui cuſtodiebāt ī carcere dictos apoſtolos· Corpora vero dictoꝝ martyꝝ ſunt in dicta eccleſia ſepulta·

AD ſanctū Adrianū retro Capitoliū ꝛ prope. Anno dñi· M·ccxvij· Pont · domini Gregorij pa· Anno·i· Jndictione·i·menſ Januarij die xviij · inuenta ſunt corpa ſctōꝝ Marij ꝛ Marthe

⁊ reliquie ſancti Adriani ſub maiori altari: ⁊ corpora ſanctoꝝ trium pueroꝝ in Abſidie ſupra colūnam recondita per magiſtrū Pelagiū Epiſcopū Albaneñ. ⁊ dominū Stephanum eiuſdeꝫ eccleſie Diaconum Cardinalem: cum Clericis ipſius Eccleſie videlicet Bartholomeo presbitero: ⁊ Paulo diacono Romañ. Nomina plurimorum Epiſcopoꝝ Subdiaconoꝝ Clericoꝝ ⁊ reliquiaꝝ patent in vna ſculptura in choro predicte eccleſie Item ad ſupplicationem dicti dñi Steffani Cardinalis Diaconi/ Pauli ⁊ Oliuerij: dñs Gregorius papa. xi. hanc eccleſiam edificauit. Actum anno die menſe ⁊ indictione vtſ.

Ad ſanctum Marcū in regione Pinee ſunt multe venerabiles reliquie: que feſtiuis diebus ponuntur ſuper Altare in vna Capſula: quarum nomina patent in vna cedula circa ipām capſulam: vt vnuſquiſqꝫ deuotus legere poſſit. Quam eccleſiam Paulus papa. ij. a fundamēto renouauit: maximiſqꝫ indulgentijs eam dotauit: videlicet omnes ⁊ ſinguli: qui eandem eccleſiaꝫ in octaua ſanctiſſimi corporis domini noſtri Jeſu chriſti: ⁊ in Epyphania domini a primis veſperis vſqꝫ ad ſecundas veſperas incluſiue: Etiam q a

Feria ſecunda ebdomade ſancte nūcupate pꝛoxi-
me ſequutura/vſqꝫ ad feriam tertiaꝫ Reſurrectio
nis dn̄ice imediate ſequen̄· tribus continuis aut
interpellatis diebus / ſaltem ſemel in die : perſo-
naliter ⁊ deuote viſitauerint annuatiꝫ· Et pꝛo ſpi-
ritualibus ac tempoꝛalibus ipſius eccleſie oꝛna-
mentis hm̄oi manus poꝛrexerint adiutrices : om
nium ſuoꝝ peccatoꝝ plenariam remiſſionem ⁊ in
dulgentiam conſequentur·

AD ſanctos Apoſtolos in regione Colūne
Hec eſt venerabilis eccleſia in honoꝛem·xij·
Apoſtoloꝝ pꝛimo a Conſtantino fundata: ⁊ poſt
modum ab hereticis fuit deſtructa· Pelagius ⁊
Joannes ſummi pontifices eam in gradum pꝛiſti
num reſtaurantes/multoꝝ ſanctoꝝ coꝛpoꝛibus ac
indulgentijs exoꝛnarunt : Coꝛpoꝛibus apoſtolo
rum Philippi ⁊ Jacobi iunioꝛis/in maioꝛi altari
reconditis· Jn dextera parte Eugenie virginis ⁊
alioꝛum martyrum coꝛpoꝛa · Jn ſiniſtra vero coꝛ
pus Sabini martyris· Colophium beati Thome
apoſtoli · Altaria ſacra ſeruant pedem Philippi
Bꝛachiū ſancti Jacobi zebedei: Coſtā Laurētij
Spatulam ⁊ bꝛachiū ſancti Blaſij: Btōꝝ aplōꝝ
martyrum / ſupꝛapoſita feneſtra reponit ſemper

in ſexta feria quattuoꝛ tempoꝝ ⁊.v.feria:dñica in albis:ac dñica qua canit᷑ Canite tuba. Statio eſt in ea pꝛimo kal. Maij. Et in ſolennitatibus ſupꝛa dictoꝝ ſanctoꝛum remiſſionibus a Pontificibus romanis conceſſis/ſatis dinoſcitur pꝛemunita.

Statio in quadrageſima ⁊ titulus cardinalis.

AD ſanctam Mariam inuiolatam in regione Tregi. In iſta eccleſia eſt Oꝛatoꝛiũ in quo beatus Lucas depinxit quatuoꝛ imagines virginis Marie: Unam ad ſui deuotionem in eo ſtatu quo beatus Lucas habuit noticiã ipſius virginis benedicte:ideo cũ annulo in digito depinxit: que manet vſq; in hodiernum diem in dicto oꝛatoꝛio. Et quia multa miracula beata virgo Maria in dicta imagine operabatur: xpiani ad eã cõfluentes ad dictam eccleſiam veniebãt:⁊ refecti gratia/leti ad ppꝛia reuertebantur. Uocabatur autẽ Oꝛatorium ſancti Pauli ⁊ Luce.

AD ſanctum Marcellum in Regione Tregi. Jn iſta eccleſia eſt monaſterium ſeruoꝝ beate virginis. Eſt in iſta eccleſia vna ſepultura poꝛphiretica:in qua recondita ſunt coꝛpoꝛa ſanctarum virginũ ⁊ martyrum Digne ⁊ Merite:⁊ bꝛachiũ ſancti Mathei apoſtoli. Que omnia tépoꝛe ſan-

etiſſimi dñi noſtri pape Calixti·iij·a populo Ro/
mano viſa ſunt· Hic eſt ſepulta ſctã Felicitas cũ
ſeptem filijs·Statio ⁊ titulus cardinalis·

AD ſanctum Silueſtrum in regione Colũne:
requieſcunt corpora ſanctoꝝ ⁊ ſanctaꝝ quoꝝ
notitia natalitioꝝ pꝫ in vna ſcriptura longa·Oſtẽ
ditur in iſta eccleſia caput ſancti Joannis baptiſte
Reliquie ſancti Laurentij· Una pecia de cappa
ſancti Franciſci·Et plures alie in die ſcti Joãnis
baptiſte ⁊ ſancti Silueſtri oſtendunt: quaꝝ nomi
na in oſtenſione reuelantur·

AD ſanctum Laurentiũ in Lucina in regiõe
Campi martis· Anno incarnationis dñice·
M·cxcvi·Pontificatus domini Coleſtini pape
tertij Anno eius ſexto· Indictione·xiiij·Menſis
Maij: dedicata fuit hec eccleſia per manus eiuſ/
dem dñi Celeſtini: cum quo interfuerunt Archi/
epiſcopi Eboraceñ·ac Cerentineñ· Sipontinus·
Epiſcopus Albaneñ· Octauianus Oſtieñ· Pe
trus Portueñ· Joannes Viterbieñ· Nicolaus
Simphonieñ ⁊c·⁊ tota curia Cardinaliũ/ Preſi
dente huic eccleſie Cinthio Cardinali·Facta au
tem eſt hec dedicatio ad honorẽ dei/ ⁊ bt̃i marty/
ris Laurẽtij:cũ deuotione totius populi romani

adiacentium populo cū tanta ſolēnitate ⁊ gloria quāta hactenus nec recognita nec viſa fuit · Hec ſunt reliquie: que ſunt recondite ſub maiori altari Due ampulle cum adipe ⁊ ſanguine ſancti Laurentij: ⁊ vas plenū de cremata carne ſancti Laurentij· Gauſape/quo Angelus terſit corpus eius Craticula ſuꝑ qua aſſatus fuit ſctūs Laurētius Et corpora beatoꝝ martyrum Alexandri pape Euentij Theodoli Seuerine Pontiani Euſebij Vincentij Peregrini Gordiani: ⁊ nomina plurimoꝝ ſanctoꝝ ⁊ reliquiaꝝ patent in dextera parte chori lit teris ſculptis·

AD ſanctū Triphonem: eſt eccleſia contigua eccleſie ſancti Auguſtini · Eſtq; ibi ſtatio in quadrageſima ⁊ indulgentia·

AD ſanctū Auguſtinum in Regione Campi martis: eſt vna eccleſia noua nunc a fundamentis pulchre erecta ⁊ conſtructa· Hic eſt ſepultura ſancte Monice· Eſtq; caput ſancte Monice ⁊ caput ſctē Ruffine · Hic eſt principalior imago inter omnes imagines: quas depinxit ſctūs Lucas: quam ſemper quocūq; ierat ſecum portauit· Et eſt reperta in ſepultura ſcti Luce circa caput eius· Et vocatnr Sancta Maria virgo virginū:

⁊ mater omniū. Etiam per totam vrbē Romanā claruit miraculis tempore Innocentij pape. viij. Anno dñi. M.cccclxxxv.

AD ſanctum Appollinarem requieſcūt corpa ſanctoꝝ martyrum Euſtratij Nardarij Eugenij Oreſti: ⁊ Auentij ſub maiori altari. Statio in quadrageſima ⁊ ſedes cardinalis.

AD ſanctam Mariam de populo ad portam Flamineam: que hac de cauſa hoc nomine appellatur/ſcilicet de populo. Nam tēpore Paſcalis vbi nunc altare maius eſt/ erat quedā arbor Nucis/alias arbores in altitudine ꝑcellēs: in qua demones latitubāt/ Neronis corpus cuſtodiētes Qui omnes tranſeuntes per ꝑnominatam portā Flamineam trucidabant: ⁊ penitus ſuffocabant. Audiens autem hoc Sanctiſſimus Papa Paſcalis predictus: omni populo indixit ieiunium. Etenim cum Clero in oratione ꝑſiſtens: deuote ſupplicando: vt Deus ⁊ beata virgo Maria dignarentur populum romanum a tam inhumaniſſima ⁊ terribili Peſte liberare: ac cui placeret quid faciēdū/miſericorditer relaxaret. Cui tertia nocte apparuit beata virgo Maria bis alloquēs eum dixit. Paſcalis ſurge ⁊ egredere ad locum:

qui Flaminea porta dicitur: iuxta quam arborem
Nucis reperies/ alias arbores altitudine precel-
lentem: Quam truncari facias/ ⁊ penitus eradica
ri ⁊ in eodem loco meo nomini facias eccleſiam
fabricari. Qui cũ euigilaſſet/ſtatim dictum locum
acceſſit/congregata multitudine populi/ac cleri ⁊
prelatoꝝ/proceſſionaliter dictam arborem prece-
pit inſcindi/atq; radicitus eradicari. Mox vt exti
tit arbor eradicata: manibus ꝓprijs ibi altare fun
dauit: ⁊ poſtmodũ in ſui conſecratione certis reli-
quijs inſigniuit: ⁊ miſericorditer indulgẽtias pro
mulgauit: In cuius cõſecratione omnibus deuo/
te accedentibus: ⁊ ſuas elemoſinas largientibus
iuxta ſuaꝝ virium poſſibilitatem: ſupradictus pa.
Paſcalis conceſſit a feria. vi. poſt tertiã dñicam
quadrageſime vſq; ad octauã paſce pro quolibet
die. M. annos ⁊ totidem quadragenas ob reue-
rentiam virginis glorioſe. Quã Sixtus papa. iiij.
de nouo a fundamento renouauit: ⁊ tam maximis
indulgentijs dotauit: videlicet Omnes ⁊ ſinguli
qui eandẽ eccleſiam in Natiuitatis Purificatio-
nis Annũtiationis Viſitationis ⁊ Aſſumptionis
Marie virginis feſtiuitatibus/ a primis veſperis
vſq; ad Secundas veſperas ſingulis earundem

feſtiuitatibus. Et qualibet die ſabbati ſingulari in
ebdomadarum .xl. plenariã omniũ ſuoꝝ peccatoꝝ
remiſſionem ⁊ veniam conſequantur. In eadem
eccleſia ſunt q̃plures venerabiliſſime reliquie:
quaꝝ nomina nimis eſſet enarrare.

AD ſanctam Bibianam: eſt locus qui voca-
batur ab antiquo tempore Urſipileati: mo-
derno vero tẽpore Monaſteriũ ſancte Bibiane.
Item anno a natiuitate dñi. M. Honorius papa
iij. Pontificatus ſui anno. viij. Menſis Martij
vi. feria ante Dominicam paſſionis/ cum magna
ſolẽnitate hanc eccleſiam in honorem beate Bi-
biane virginis ⁊ martyris conſecrauit/remiſſione
triũ annoꝝ ⁊ trium quadragenarum a die conſe-
grationis: quam tertia die ante ipſam dominicam
paſſionis ſtatuit celebrandã: vſq; ad octauã ipſius
annuatim ſingulis diebus ad eam deuote venien
tibus indulgendo. In iſto loco plantauit ſancta
Bibiana vnam herbã: qua puluerizata homines
a morbo caduco curantur. Quomodo ſuſcipien-
dus eſt iſte puluis ponitur in ſcriptis. Fuerunt in
iſto loco ſepulta. v. millia corpora ſanctoꝝ marty-
rum/abſq; paruulis ⁊ mulieribus. Et ibidẽ eſt in-
dulgentia maxima: vt in cronicis veraciter enar-

ratur. Sũt etiam ibi ſexcenta millia annoꝝ indul-
gentie in feſto Omniũ ſanctoꝝ.

Ad ſanctum Euſebiũ eſt monaſteriũ in quo ſunt.vij.M.dccc.ꝛ.liiij.quadragene vere indulgentie ꝯceſſe omnibus viſitantibus ꝛ manus porrigentibus adiutrices. Nomina multoꝝ ſctõꝝ quoꝝ corpora in iſta eccleſia ſancti Euſebij recondita ſunt/poſſunt legi in vna tabula ſcripta ſm ordinem. Statio ꝛ titulus cardinalis.

Ad ſanctum Matheũ in via vbi progreditur de ſancto Joanne in Lateranũ ad eccleſiam ſancte Marie maioris. Jbi ſunt.M.ãni indulgẽtiaꝝ/ꝛ tot quadragene ꝛ remiſſio ſeptime partis omniũ peccatoꝝ. Quas confirmarunt Honorius Alexander ꝛ Jnnocentius pontifices.

Ad ſanctum Julianum ex oppoſito eccleſie ſancti Euſebij. Hic prope videntur adhuc ab antiquo Jdoloꝝ imagines poſite. Sunt in iſta eccleſia ſancti Juliani fratres Carmelite. Notandum eſt/ꝙ ibi fit vna aqua benedicta cũ reliquijs Sanctorum Juliani ꝛ Alberti: que curat omnes febricitantes: ꝛ etiã alias infirmitates: qui ieiuni ſumunt cum tribus pater noſter / ꝛ totidem Aue maria: ad laudem omnipotẽtis dei: glorioſe vir-

ginis Marie: ⁊ sctoꝝ Iuliani ⁊ Alberti: Uel vnā Missam ad honorem prenominati sancti Alberti legāt vel legi faciant. Quoꝝ sanctoꝝ festiuitates celebrantur die septima Augusti.

AD sanctum Uitum ad macellos. In ista ecclesia est vnus lapis marmoreus/ferro cancello circundans: super quo trucidata seu interfecta sunt vltra mille corpora sanctoꝝ martyrum. Habenturq; in predicta ecclesia. vi. millia annoꝝ ⁊ totidem quadragene. Itē in supradicta ecclesia habetur talis gratia per merita sanctoꝝ Uiti ⁊ Modesti atq; Crescentie: ꝙ quicunq; lesus vel morsus ab aliquo Cane rabido vel furioso: vel a quouis alio animali: Panem tinctum in oleo sancti Uiti comederit/ipsius sancti meritis ab instanti liberabitur.

AD sanctam Praxedem. Temporibus sanctissimi ac beatissimi apostolici dn̄i Pascalis pape introducta sunt veneranda sanctoꝝ corpora in hanc sanctam ⁊ venerabilem Ecclesiam beate Christi virginis Praxedis: que predictus pontifex diruta ⁊ cimiteriū seu corporis iacentiā auferens: sub Altari summo proprijs manibus collocauit in Mense Iulio: Die. xx. Indictione. x.

Jn capella Libera nos a penis inferni : ⁊ ortus paradiſi/ eſt Colūna : ad quam ligatus fuit dñs noſter Jeſus xp̄s in paſſione ſua. Et ſuper dictaȝ columnā ſunt corpora ſanctoꝝ martyrum Ualentini ⁊ Cenonis. Et in medio capelle ſub lapide rotundo ſunt corpora .xl. martyrum. Et in ſiniſtra manu eſt lapis: ſuper quem poſitum eſt plumbum cum quo colūna fuit mutuata: quam mulieres tāgunt / quia dictam capellam intrare non poſſunt Sub iſto lapide ſunt ſepulti .xl. ſummi pontifices ⁊ quottidie ſunt ibi indulgentie .xij. M. annorum ⁊ totidem quadragenaꝝ ⁊ remiſſio tertie partis omnium peccatoꝝ. Jn medio eccleſie vbi ferrum circundat lapideȝ rotundum: ſub illo lapide dicit̾ eſſe ſanguis ſanctoꝝ Martyrum : quem beata Praxedis cū quadam ſpongia colligens in hunc puteū lapide rotundo concluſum infundebat: ⁊ multa ſanctoꝝ corpora in ip̄o celauit: per quoꝝ merita concedat nobis deus celoꝝ regna. Jtem in hac ſupradicta venerabili capella eſt altare: ſuꝑ quo Paſcalis papa predictus celebrauit quinqȝ miſſas pro quadā anima defuncta: quibus finitis viſibiliter vidit illam deferre beatam virginem in gremium omnipotentis dei: vt euidenter patet in

pariete dicte capelle ſupra feneſtram ferream.
Quo miraculo viſo auctoritate apoſtolica dimiſit
ꝙ ſi quis celebrari fecerit / extrahet vnā animam
de purgatorio.

AD ſanctum Martinū in montibus: temporibus dn̄i Sergij pape iunioris in ſacro altari
beati Silueſtri preſulis: & beati Martini cū btō
Fabiano & Steffano & Sottere martyribus / ac
ſummis Pontificibus: inſimulqȝ Aſterio cū ſanctiſſima filia eius / ſanctoꝝ Ciriaco &c. De pluribus corporibus ſanctoꝝ habet̄ ſculpta vna bulla
in marmore ad dexterā partem chori ſummi altaris p̄nominate eccleſie. Itē iſti ſequentes verſus
ſunt ſcripti litteris aureis / ſiue opere muſaico triplici circulo in circuitu parietis ſupra ſummū altare iſtius eccleſie.

Sergius hanc cepit preſul quā cernitis aulam
Romane ſedis diuino tactus amore
Cenobium ſacrum ſtatuit monachoſqȝ locauit
Regina qbus Martinus ouās ſilueſter & almus
Qui moriens nullū potuit conferre decorem
Perfecit ſolers melius ꝗ̄ ante manebat
Qui dn̄o aſſiduas valeant perſoluere laudes
Preſulgent gaudentqȝ ſicqȝ cū chriſto

Sed mox papa Leo quartus vt culmina ſumpſit
Atqꝫ pie totam picturam oꝛnauit honeſte
Talibus ⁊ donis quoꝝ tempoꝛe meritis
Hec tempoꝛa dicata coꝛuſcant.

AD ſanctũ Ciriacum retro Termas eſt vna eccleſia nunc ruinata: vbi quondã erat ſtatio ⁊ indulgentia: Sed tempoꝛe Sixti pape quarti hec omnia tranſlata ſunt in eccleſiam ſancti Quirici apud turrim Militie.

Inſtaurata videlicet cũ Quiricus matre Julita
Que fuerunt longa diruta templa die
Pꝛincipe ſub Sixto delubꝛis nulla vetuſtas
Hic reficit pontes/menia/templa/vias.

¶ Sunt ſub altari maioꝛi recõdite reliquie de pluribus martyribus: quoꝝ nomina habentur ſcripta apud pꝛedictum altare.

AD ſanctam Suſannam apud Termas. Ibi ſunt ſepulta coꝛpa ſancte Suſanne ⁊ patris eius. Eſt ibi clauſtrum oꝛdinis ſancti Auguſtini. Statio in quadrageſima ⁊ titulus cardinalis.

AD ſanctam Potentianam. In iſta eccleſia ſancte Potẽtiane ſoꝛoꝛis ſancte Praxedis requieſcunt vltra tria millia coꝛpa ſanctoꝝ martyrum in cimiterio Priſtille. Et papa Simplicius

conſecrauit hanc ecceſiam: ⁊ ꝯceſſit pro quolibet corpore deuote eam viſitantibus indulgentias vnius anni / ⁊ vnam quadragenam ⁊ tertie p̄tis peccatoꝝ remiſſionem. Papa Celeſtinus Bonifacius Clemens Gregorius Urbanus ⁊ Alexāder: quilibet iſtoꝝ cōceſſit indulgētias: que omni die legi poſſunt in vna tabula ſcripta. Itē i prima capella huius eccleſie retro ſummū altare verſus meridiem celebrauit ſanctus Petrus apoſtolus primitias ſuas. Et in maiori capella verſus meridiem eſt puteus: in quo reconditus eſt ſanguis trium millium martyrū. Et in ea capella vocata ſancti Paſtoris/ quidā ſacerdos miſſam celebrās infeſtatione diaboli agitatus: in eleuatione ſancta dubitauit ibi eſſe verum corpus domini noſtri Jeſu xp̄i: ⁊ ſtatim hoſtia de altari ſuper lapidem marmoreum cecidit. Sacerdos videns hoc miraculum/ pauit: ⁊ manibus maxima cum reuerentia hoſtiam ſuſcepit: que ibidem ſupra lapidem miraculoſe ſue magnitudinis ſignū reliquit: quod cancello ferreo obductum eſt: vt quottidie videri poteſt. Et ex hoc miraculo Sacerdos credidit id quod antea dubitabat. Statio in Quadrageſima ⁊ titulus cardinalis.

AD ſanctam Jndolam eſt clauſtrū mulierum in quod raro intrāt mulieres ⁊ alij homines

AD ſanctum Vitalem eſt vna eccl'ia p Sixtū papam·iiij·reſtaurata tempore ſuo anno Jubilei·Eſt ſtatio ⁊ titulus cardinalis·

AD ſanctū Laurentiū paliſpne inter palatia Decij imperatoris iſta eccleſia eſt cōſtructa· Hic eſt locus martyrij/ vbi aſſatus eſt btūs Laurentius·Sepulturaqз exiſtit beate Brigitte: que fuit regina regni Suetie·Jbi in p̄nominata eccl'ia ſancti Laurentij plures reliquie oſtendunt feria v·quadrageſime: quaꝝ nomina habentur in vna tabula ſcripta·Vna pars craticule:Brachiū ſcti Laurentij · Jtem in vno criſtallo certi carbones quibus aſſatus eſt beatus Laurentius:qui clare videri poſſunt:etiā oſſa ſancti Laurentij· Statio in quadrageſima·Et eſt clauſtrum mulierum·

AD ſanctam Euſemiam · Jſta eccleſia eſt in medio iſtaꝝ eccleſiaꝝ/ ſancte Potentiane ⁊ ſancti Petri ad vincula/inferius in ſtrata vbi itur ad ſanctā Mariā maiorem· Eſt clauſtrū mulierū· Que p̄nominata ſancta Euſemia proiecta fuit in Puteum:in quo ſerpentes ⁊ ſcorpiones erant:⁊ illeſa ab eodem puteo gratia xp̄i exiuit·

Ad ſanctum Laurentiū in carcare: in eadem ſtrada: in qua prenominata eccleſia ſancte Eufemie eſt prope. Dicitur etiam ad ſanctū Laurentiū ad fontes. Eſt etiam clauſtrum monialium Ibiqꝫ ſanctus Laurentius ſanctum Ipolitum ⁊ Lucillum baptizauit: ⁊ eos fidem Chriſtianam docuit.

Ad ſanctum Petrum ad vincula in monte. Hic eſt ſtatio in q̄dragesima ⁊ titulus Cardinalis. De reliquijs ⁊ indulgentijs iſtius eccleſie infraſcripta metra exponunt.

Hoc domini templum Petro fuit ante dicatū
Tertius antiſtes Sixtus ſacrauerat olim
Ciuili bello deſtructum poſt fuit ip̄m
Endoxia quidem totum renouauit ibidem
Pelagius rurſus ſacrauit papa beatus
Corpora ſanctoꝝ condens ibi Machabeoꝝ
Apposuit Petri pretioſa vincula ferri
Illuſtris mulier que detulit ab Hieruſalem
Et quibus eſt Petrus Neronis tēpore vinctus
Auguſti menſis celebrantur feſta kalendis
Quiqꝫ huc acceſſerint lauantur crimina cuncta

Itē de hijs ⁊ pluribus reliquijs ponit̄ pulchre in tabula/vbi plenius quiſqꝫ poteſt intelligere.

AD ſanctam Mariam Ara celi prope Capi-
tolium in mõte qui dicitur mons Tarpeius
vbi aſcendit per.c.ꝛ.xxviij.gradus. Ubi nunc eſt
eccleſia/ante fuit palatium Octauiani:cui Sibilla
(quem Romani vt deũ adorare volebant) circu
lum aureũ circa Solem oſtendit: ꝛ in eodem vir
ginem puerum in brachio tenentem / dicens ei.
Hic maior te eſt. Poſtea cõſtruxit ibi vnũ altare:
ꝛ vocauit illud Ara celi. Oblationẽ fecit ꝛ ado-
rauit vnigenitũ dei filium. Ad iſtud altare poſuit
ſequentes verſus ſculpti in medio duarum colũ-
narum marmorearũ.
Luminis hanc almã matris:qui ſcandis ad aulã
Cunctarũ prima: que fuit ab orbe ſita
Noſtras ꝙ Ceſar tunc ſtruxit Octauianus
Hanc Aram celi ſacra cum proles pater ei.
¶ Sũt in iſta eccleſia infraſcripte reliquie. Eſt ibi
ſepulchrum ſancte Helene: que fuit mater Con-
ſtantini. Hic ſepulti ſunt ſanctus Habundus:ſan-
ctus Artenius:ſanctus Habundantius. Ibidẽ eſt
imago beate Marie virginis:quam ſanctus Lu
cas depinxit in ea diſpoſitione ꝛ forma dũ ſtetit
ad crucem domini noſtri Jeſu xpi. De cuius vir-
tute poſſunt legi in vna tabula poſita circa iſtam

imaginem miracula multa· Item ante chorum eſt
vnus lapis rotundis circundatus paruo cancello
de quo lege iſtos verſus·

Chriſticole cuncti deuota mente tenete
Tempore Gregorij ſculptus eſt lapis iſte
Angelicis pedibus ex bonitate Jeſu·

¶ Sūt in iſta eccleſia fratres ordinis ſcti Frāciſci·

AD ſanctos Angelos in regione ſcti Angeli ibi eſt ſepultus ſanctus Simphorioſus cū ſocijs ſuis· Ibi ſunt etiam reliquie: que ponuntur diebus feſtiuis ſup altare· Qui Ro· vrbis eſt Senator offert omni anno huic eccleſie vnū calicem·

AD ſanctam Mariam ſuper Mineruam in regione Pinee· In iſta eccleſia ſunt fratres ordinis ſcti Dominici· Ratio nominis iſtius eccleſie patet in hijs verſibus ſequentibus·

Romanus hic populus coluit delirādo mineruā:
Nūc ibi chriſticolā coluit orthodoxa mariam·
Illius iam deperijt vndiq3 ſapientia fallax:
Vera per hanc mūdo regnat ſapientia chriſtus
Illa ſubacta iacet/hec ſublimiſſima regnat·
Illa ſuis penam/hec nobis premia confert·

¶ Sūt in p̄nominata eccleſia infraſcripte reliquie
De crinibus & veſtimentis beate Marie v̄ginis

De tribus Patriarchis Abraã/Iſaac/⁊ Jacob· De Daniele propheta· Item ſocietas Romanorum Ciuium multas elemoſinas ibidez facit pauperibus ⁊ orphanis·

AD ſanctã Mariam rotundam/ olim templũ omniũ Idoloꝝ erat / nũc in honorem beate virginis Marie/eſt dicata ⁊ cõſecrata ⁊ Omniũ ſanctoꝝ· Tertia ⁊ ſeptima diebus menſis Maij eſt ibi ſtatio ⁊ perdonãtia· In diebus feſtiuis btẽ Marie virginis ⁊ Omnium ſanctoꝝ eſt ſtatio ⁊ perdonantia· In choro ſub altari ſepulta ſunt corpora ſanctoꝝ Raſij ⁊ Anaſtaſij·

AD ſanctã Mariam magdalenã in Regione Columne: ibi ſocietas Confallonis multa opera penitentie facit·

AD ſanctum Euſtachiũ in regione ſancti Euſtachij· Anno incarnationis dñice· M·cxcvi· Anno ſexto Celeſtini pape·iij· Indictione·xiiij· in Dominica qua cantatur / Modicum: dedicata eſt eccleſia ſancti Euſtachij: cum tribus altaribus Et eſt conſtructa per dictum papam · Coadiutores autẽ fuerũt hi epiſcopi/ Octauianus Oſtieñ· Petrus Gallocia Portueñ· Joannes Albaneñ ⁊ Petrus Archiepiſcopus Agereñ· Nomina

plurimoꝝ Epiſcopoꝝ aſſiſtentium ponuntur in ſculptura inſtrumenti. In eadem eccleſia ſunt he reliquie. De ligno ſancte crucis dñi noſtri Jeſu xp̄i: de ſanguine ipſius: de ſpinea corona: de veſtimentis eius: de coſta ſancti Andree: de carbonibus ſancti Laurētij: de reliquijs ſcti Euſtachij Theopiſte vxoris: filioꝝ Theopiſte ⁊ Agapiti. Ponuntur etiā certe capſule cum reliquijs ſuper altare in feſtiuitatibus.

AD ſanctum Saluatorem aput cāpū martis: circa templum Martis. Hic eſt vna imago Saluatoris: que dicitur Pietas.

AD ſanctam Mariam montis celi in regione Regule. Hic eſt ſepulta ſancta Nimpha virgo: ſanctus Mancilianus Ep̄s. Apud iſtam eccleſiam ſunt notabiles reliquie ⁊ indulgentie.

AD ſanctum Martinellum in regione Regule Gualterus monachus. ſ. Saluatoris Reatiñ. tpe Honorij pa. iij. a fundamentis reedificauit eccleſiā iſtā. Hic eſt de veſtimento ⁊ tunica: quā btā virgo contexuit filio ſuo Jeſu xp̄o ⁊ creuit ſecū.

AD ſanctū Andream in eadē regione: medie vie campi flore ⁊ platee iudeoꝝ. Item anno a natiuitate Chriſti. M. cccclvij. fuerunt inuēte

digne reliquie in vna pelui ꝛ vno vitro: que ſtete
rūt pluſq̄ .cc. annis in iſto loco: ſicut patefaciebat
ſcriptura cum iſtis reliquijs reperta.

Ad ſanctum Blaſium ad Annulū in regione Regule. Hic eſt Annulus ſancti Blaſij: quē detulit in dignitate Epiſcopali in manu ſua. Sūt q̄plures reliquie in iſta eccleſia: que in die ſancti Blaſij ꝛ alijs feſtiuitatibus monſtrantur / ita vt bene videri poſſunt.

Ad ſanctam Barbaram in regione Parionis. In maiori altari iſtius eccleſie ſunt poſite he reliquie. De capite ꝛ velo ſancte Barbare. De veſtimento virginis Marie / Bartholomei apli / Margarete / Felicis / Lotiej / Chriſtofori / Sebaſtiani / Alexij / Marij / ꝛ Marthe: de interula dalmatica ſancti Laurētij / Apoſtoloꝝ Philippi ꝛ Jacobi / Petronelle / de capillis ſancte Marie magdalene. De plurimoꝝ ſanctorum reliquijs ꝛ indulgentijs habetur in ſcriptis ad altare maius. Etiam ſcribitur legenda beate Barbare metrice pulchre poſita.

Ad eccleſiam ſancti Jacobi Hiſpanoꝝ nūcupatam de vrbe: cōceſſit Innocentius papa viij. plenariam remiſſionem omnium peccatorum

omnibus & ſingulis: qui eandem eccleſiā in feſto eiuſdem ſancti Jacobi apoſtoli/a primis veſperis vſq3 ad occaſum Solis ipſius diei feſti deuote viſitauerint annuatim.

Ad ſanctam Mariam de Anima: eſt hoſpitale Almanorū: in quo cum maxima deuotione ac diligentia diuina celebrant officia. Et ſunt huic eccleſie conceſſe multe indulgentie. Cuilib3 quoq3 Alamano vtriuſq3 ſexus datur tribus noctibus inibi hoſpitium.

Ad ſanctam Mariam de pace: quā Sixtus papa. iiij. de nouo a fundamento edificauit: Eamq3 maximis indulgentijs dotauit: videlicet: Omnes & ſinguli: qui eandem eccleſiam ſingulis feſtiuitatibus beate Marie virginis/ſcilicet: Annunciationis Uiſitationis Niuis Aſſumptionis Natiuitatis Conceptionis & Purificationis / a primis veſperis vigilie vſq3 ad occaſū3 ſolis feſtiuitatum earundem: Necnō quolibet die ſabbati totius quadrageſime per totam diem deuote viſitauerint: pro qualibet earundem feſtiuitatum & dictorū dierum Sabbati quo predictam eccleſiam viſitauerint: plenariam remiſſionem & veniam omnium peccatorū conſequantur.

AD sanctū Laurentiū in Damaso / in regiōe Parionis apud campū florē. Ecclesiā istam fundauit btūs Damasius papa primus ⁊ dicauit Ponitur in festiuitatibus super altare vna capsa eburnea decorata: in qua plures capsule cum reliquijs sanctoꝝ: quoꝝ nomina vnacū istis capsulis in vna cedula scripta ponuntur. Etiam vnū biccerium grande vitreū: ex quo in die sancti Damasi homines sumunt potum/ad honorem p̄nominati sancti Damasi: cuius virtutes omnes homines confidunt se de febribus liberandos. Titulus ⁊ sedes cardinalis.

AD sanctum Blasium de panneta / in medio campi flore ⁊ pontis sancti Angeli/ in via q̄ dicitur Florida via. De istius ecclesie indulgentia ⁊ reliquijs isti ⁊ plures alij versus sculpti in lapide versus portam dant intelligere.

Hoc fuit inceptum renouari tempore templū
Urbis Alexandri romane presulis anni
Annus erat eius duodenus ⁊ ipse secundus
Annus millenus geminus tunc septuagenus
Tempore quo verbū concepit virgo supernū
Annus in Augusto currebat mense perusto
Sexta diadena fuerant/Indictio dena.

Abbas Dominicus meritis ⁊ nomine dignus
Iſtam domū quidē cepit compleuit ⁊ idem
Condidit hic lignū crucis venerabile dignū
Et veſtem diue genitricis quippe marie
Andree ſancti Blaſij Marieqʒ Criſanti.

AD ſanctū Celſum in regione Pontis: vbi nūc eccleſia eſt/fuerūt edes patris ſcti Celſi qui cum ſancto Juliano ⁊ Baſiliſſa corporaliter tranſlatus eſt ad eccleſiam ſancti Pauli apl'i.

AD ſanctam Mariā tranſpontinā. In iſta eccleſia cernunt adhuc ille duē Columne in quibus beati apoſtoli Petrus ⁊ Paulus ligati fuerūt ⁊ flagellati: quas omnes homines poſſunt pro deuotione quottidie attingere. Item in porta media iſtius eccleſie reperiunt iſta ſculpta. Anno dn̄i. M. cxxx. tempore dn̄i Gregorij Pape. viij. Anno eius tertio. Die ſecūda menſis Februarij: Tyberis creuit vſqʒ ad hoc ſignale crucis: quod adhuc videtur in prefata porta.

AD ſanctum Jacobum in medio vie ſancte ad ſanctum Petrum ⁊ Caſtelli ſancti Angeli hic dicit eſſe lapis ſupra altare ſupra quē oblatus fuit xp̄s in tēplo/ qn̄ Symeō eū ſuſcepat in vlnas ſuas dicens/ Nunc dimittis ſeruū tuū dn̄e ⁊c.

Siſtitur in templū puer ⁊ Symeonis in vlnas
Accipitur cui danda quies nam lumina ſerui
Conſpicere deum clarū iubar omnibus ortum.

Ad ſanctam Katherinā/ non remote de platea ſancti Petri. Hic fuit clauſtrum mulierꝫ Item eſt ibi de Oleo: quod de ſepultura ſancte Katherine fluxit. Etiam de lacte: quod ſanguinis loco de ſancto corpore eius fluxit quando decollata fuit.

Ad ſanctum Spiritum eſt hoſpitale: in quo fiunt magne elemoſine ⁊ miſericordie opera infirmis. Etiam omnes orphani infantuli congregantur ibi/⁊ nutriuntur. Quod hoſpitale Sixtus papa. iiij. de nouo a fundamento maximis ſtructuris renouauit: Magnamq; confraternitatem in eodem ordinauit: Ad quam ipe ſe manu ſua propria cum pluribus Cardinalibus inſcripſit. Et cōceſſit omnibus ⁊ ſingulis: qui intrant ⁊ ſe ad eandem confraternitatem inſcribi faciunt: ꝙ eligere poſſint confeſſorem idoneum: qui eos abſoluere poſſit ab omnibus peccatis: etiā a caſibus papalibus ſedi apoſtolice reſeruatis / ſemel in vita: ⁊ mortis articulo totiens quotiens opportunum fuerit: vt plenius cōtinetur in quadā bulla deſu-

per cõfecta. Eſtq̃ʒ proxima die dominica Antonij
& Penthecoſtes ibi ſtatio & indulgentia. Eſt ibi
brachium ſancti Andree. Digitus ſancte Kathe
rine: qui clare in vna monſtrãtia videri poteſt. Et
plures alie reliquie.

In capella Campi ſancti. Hic ſepeliunt om-
nes peregrini & pauperes cuiuſcũq̃ʒ genera
tionis. Sunt ibi multe indulgentie & reliquie.

Ad ſanctum Pancratium per portam Au-
ream extra muros tranſtyberim. Jſta eccle-
ſia circũquaq̃ʒ porphireticis lapidibus ſatis pul-
chre eſt decorata. Sunt hic recondita corpora in
fraſcripta videlicet: Sub altari maiori requieſcit
corpus ſancti Pancratij Epiſcopi & martyris &
corpus ſancti Pancratij Militis & martyris ſub
altari: quod eſt a capite huius eccleſie: & ad dexte
ram requieſcit corpus ſancti Victoris martyris
vnde dicebatur eccl'ia ſanctoꝝ Victoris & Pan
cratij martyrum: Sub altari quod eſt in medio ec
cleſie requieſcunt corpora ſanctoꝝ Martyrum
Malchi & Madiani: Corpus ſancte Gotheris
virginis. Jtẽ in ea permanet nobile Cimiterium
nominatum Calepodij preſbiteri & martyris:
Jn quo quidem Cimiterio eſt ſepulchrum beati

Caliꝛti pape ⁊ martyris: in quo permāſit per mul
tos annos coꝛpus eius. Demū tranſlatum eſt ad
ſanctā Mariam tranſtyberim: ⁊ Canonici ipſius
eccleſie quottidie faciunt cōmemoꝛationem de eo
Juxta quā eccleſiam ſancte Marie videlicet ver
ſus poꝛtam Poꝛtueſi. eſt pꝛoꝛima eccleſia ipſius
ſancti Caliꝛti. Eccleſia vero antedicta ſctē Ma-
rie per ipm Caliꝛtum conſtructa fuit. Requieſcūt
inſuper reliquie ſeu coꝛpoꝛa ſanctoꝝ martyrū ⁊ vir
ginū in p̄dicta eccleſia: quoꝝ nomina ſcripta ſunt
in libꝛo vite. Que quidem coꝛpoꝛa videri poſſunt
manifeſte ⁊ tangi: ſed nullatenus tranſponi / quia
ercōicatio papalis eſt: niſi fiat ex licentia ſpeciali
Sanctiſſimi dñi noſtri pape: nec voluntate ipoꝝ
Monachoꝝ in eadem eccleſia ⁊ monaſterio per-
ſiſtentium.

¶Stationes in quadrageſima.
¶In die Cinerũ/feria quarta ad ſanctã Sabinã.
Feria quinta ad ſanctũ Georgiũ.
Feria ſexta ad ſanctos Joannem ⁊ Paulũ.
Sabbato ad ſanctũ Triphonem.
¶Dominica prima ad ſanctũ Joannem in Late
rañ. ⁊ ad ſanctũ Petrum.
Feria ſecunda ad ſanctũ Petrum ad vincula.
Feria tertia ad ſanctam Anaſtaſiam.
Feria quarta ad ſanctam Mariam maiorem.
Feria quinta ad ſanctũ Laurentiũ in paliſperna.
Feria ſexta ad ſanctos Apoſtolos.
Sabbato ad ſanctũ Petrum.
¶Dñica ſecunda ad ſanctã Mariam in nauicula
Feria.ij.ad ſanctũ Clementem.
Feria.iij.ad ſanctam Balbinam.
Feria.iiij.ad ſanctam Ceciliam.
Feria.v.ad ſanctã Mariam ad fontes olei.
Feria.vi.ad ſanctũ Vitalem.
Sabbato ad ſctõs Petrũ ⁊ Marcellinũ.
¶Dñica tertia ad ſanctũ Laurẽtiũ extra muros
Feria.ij.ad ſanctum Marcum.
Feria tertia ad ſanctam Potentianam.
Feria.iiij.ad ſanctum Sixtum.

Feria quinta ad ſanctos Coſmã ⁊ Damianũ.
Feria ſexta ad ſanctũ Laurentiũ in lucina.
Sabbato ad ſanctam Suſannam.
¶ Dñica.iiij.ad ſanctam Crucem in hieruſalem.
Feria ſecunda ad quattuoꝛ Coꝛonatos.
Feria tertia ad ſanctũ Laurentiũ in Damaſo.
Feria quarta ad ſanctum Paulum.
Feria quinta ad ſanctum Silueſtrum.
Feria ſexta ad ſanctum Euſebium.
Sabbato ad ſctm̃ Nicolaũ in carcere tulliano.
¶ Dominica quinta ad ſanctũ Petrum.
Feria ſecunda ad ſanctum Griſogonũ.
Feria tertia ad ſanctum Quiricum.
Feria quarta ad ſanctum Marcellum.
Feria quinta ad ſanctum Appollinarem.
Feria ſexta ad ſanctũ Stephanũ in celio monte.
Sabbato ad ſctm̃ Joannem ante poꝛtã latinam.
¶ Dñica ſexta ad ſctm̃ Joannem in Lateranũ.
Feria ſecunda ad ſanctam Praxedem.
Feria tertia ad ſanctam Priſcam.
Feria quarta ad ſanctam Mariam maioꝛem.
Feria quinta ad ſanctũ Joannem in Lateranũ.
Feria ſexta ad ſanctam Crucem in hieruſalem.
Sabbato ad ſanctũ Joannem in Lateranũ.

¶ Dñica in Paſca ad ſctã Mariam maiorem.
Feria ſecunda ad ſanctum Petrum.
Feria tertia ad ſanctum Paulum.
Feria quarta ad ſanctũ Laurentiũ extra muros.
Feria quinta ad ſanctos Apoſtolos.
Feria ſexta ad ſanctam Mariam rotundam.
Sabbato ad ſanctũ Joannem in Laterañ.
¶ Dñica in albis ad ſanctũ Pancratiũ.
¶ Sũt etiam ſpeciales ſtationes in quadrageſima ad ſanctã Mariam de populo omni die a medio quadrageſime vſq3 ad octauam Paſce aperitur ⁊ oſtenditur imago beate Marie virginis.
¶ Itẽ. xx. die Martij eſt ſtatio ad ſanctã Crucem in Hieruſalẽ. In iſto die poſſunt intrare mulieres capellam ſancte Helene ⁊ non alio tempore per totum annum.

¶ Stationes poſt Paſcha.

¶ Item in die ſancti Marci cõueniunt omnes reliquie per totam Romam ⁊ fit vna generalis ꝓceſſio de eccleſia ſancti Marci vſq3 ad ſanctum Petrum.
In ebdomada rogationũ. feria. ij. ad ſctũ Petrũ.
Feria tertia ad ſanctũ Joannem in Laterañ.
Feria quarta ad ſanctam Mariam maiorem.

¶ In die Aſcenſionis dñi ad ſanctũ Petrum.
Illo die oſtenditur ordinarie vultus ſanctus.
¶ In die Penthecoſtes ad ſanctũ Petrum.
Feria ſecunda penthe. ad vincula Petri.
Feria tertia Penthe. ad ſanctũ Anaſtaſiũ.
Feria quarta q̃tuor tempoꝝ ad ſanctã Mariã maiorem ⁊ ad ſanctũ Petrum.
Feria quinta ad ſanctũ Laurentiũ extra muros.
Feria ſexta ad ſanctos Apoſtolos.
Sabbato ad ſanctum Petrum.
¶ Stationes q̃ttuor tépoꝝ menſis Septembris.
Feria quarta ad ſanctam Mariam maiorem.
Feria ſexta ad ſanctos Apoſtolos.
Sabbato ad ſanctum Petrum.
¶ Stationes in aduentu.
Dñica prima ad ſanctam Mariam maiorem.
Dñica ſecunda ad ſanctã Crucem in hieruſalem
Dñica tertia ad ſanctum Petrum.
Feria quarta quattuor tempoꝝ in aduentu ad ſanctam Mariam maiorem.
Feria ſexta ad ſanctos Apoſtolos.
Sabbato ad ſanctum Petrum.
Dñica quarta ad ſanctos Apoſtolos.
In vigilia natiuitatis dñi ad. ſ. Mariã maiorem.

In die Natiuitatis xp̄i ī primo gallicantu ad ſanctam Mariam maiorem in capella ad Preſepe domini noſtri Jeſu xp̄i : Quam capellā mulieres nunq̄ intrant.
In aurora ad miſſam ad ſanctam Anaſtaſiam.
In ſumma miſſa ad ſanctam Mariam maiorem.
In die ſancti Stephani ad ſanctū Stephanū in Celio monte.
In die ſancti Joannis ad ſanctam Mariā maiorem ꝛ ad ſanctū Joannem in Lateranū. ꝛ ad ſanctum Silueſtrum. In iſto die oſtendit caput ſancti Joannis baptiſte.
In die Innocentū ad ſanctū Paulū.
In circūciſione dn̄i ad ſanctam Mariam ad fontes olei.
In Ephiphania dn̄i ad ſanctum Petrum.
Dominica in ſeptuageſima ad ſanctū Laurentiū extra muros.
Dominica in sexageſima ad ſanctum Paulum.
Dominica Eſto mihi/ad ſanctum Petrum.

¶ Finis.

Impreſſum Rome per Marcellum Silber al's Franck. Anno dn̄i. M.d.xv. Die.xiij. Februarij

BIBLIOTECA ... ROM ... VITTORIO EMA...
563.820

25 : 15
5 : 5
1 : 2

30 : 7
40 :
11 : 11
20 : —
25 : 1

135

1515
Leon X

Fine

A. PANDIMIGLIO
RESTAURO
DI
LIBRI - ROMA

Digitized by Google